dicto modo.

¶ De quodam Epīſcopo Vrbenentano.

¶ Capitulum Decimumquartum.

Legitur enim in proceſſu canonizationis ſancte Bir
gitte. **E**t habetur in collecta & etiam in legenda
eiſdem de eodem proceſſu libro ſecundo capitulo .xxiiii.
q̄ fuit quidā Epīſcopus Vrbenentanus nōle pōcius
q̄ tpe pape Clemētis ſexti erat uicarius pro eodem pa
pa in urbe Romana hic cum aliq̄s reuelationes diuinas

domine **B**irgitte haberet non multum ad illas propter
sue deuotionis tepiditatem & mundi feruorem atten/
dit **C**hristus autem quodam tempore apparuit sponse
in oratione dicens. **A**udi Birgitta quia uoluntas mea
est aliqua futura hominum tibi esse reuelanda. **I**deo sci/
as qd iste episcopus nunquam habebit illud qd tempora/
liter totis affectibus sui cordis concupiscit inmo illa q
congregauit delinquentur ab ipso & morietur in loco
non suo & accidet ei sicut canem quem cum homo uult de/
cipere ungit ferrum pignus carni qd canis deuorare uo/
lens strangulatur ferro. Sic diabolus ostendit isti episco/
po delectabilia mundi & suauia in corde & omnia que
habent decere statum suum. **I**deoq; nihil relinquere p/
ponit pro anima sua delectabilibus suis donec morte/
artatus relinquit omnia sine fructu. **E**xpecta ergo & ui/
debis omnia ista que tibi dixi post paucos autem dies
iste episcopus uiuit ad aliam regionem & ibi uitam fini/
uit & thesaurum delectationis mundi dereliquit inui/
tus. **S**ic etiam timendum est qd continget illis simili mo/
do in mundi amore ac delectationibus mundi ferue/
scentibus qd si pestilentie incrassari incipient multi tali/
um rapiuntur subito in die qua minus sperent & qua in
maiori delectatione uixerint. **E**t simili modo fiet si ue/
nerit gladius quia tunc multi miserabiliter interficien/
tur. **Q**ui autem euadunt isti peribunt uel fame in locis
fugitiuis uel in captiuitatem ducti in terram non suam
in magna miseria morientur. **Q**uid autem tunc profu/
it habuisse amiciciam & contubernium mundanorum
uel gulosorum uerenibil. **S**ed tunc perficietur illud
quod habetur in **A**pocalipsi. **Q**uamtu glorifica/
uit se in deliciis tantum date illi de tormento. **E**t er/
go quilibet prouideat sibi de gratia necnon & de ma/

gna patientia que tunc utilior erit qd marsubia plena. **T**i/
mendum etiam est de magno periculo & repentino ue/
turo quia homines iam sicut indiebus **N**oe uacant mū/
danis deliciis & aliis uanitatibus non aperientibus ocu/
los ad futura ne aliquo modo in delectationibus terreā/
tur & in eis impendantur. **E**t ideo consequenter iam nul/
lus est qui ex toto cordis affectu elongatus a terrenis p/
remotione illius horrende tempestatis & terribilis futu/
re tribulationis dominum interpellaret. **E**t si aliqui inue/
niri possent tamē illi quia pauci sunt ut etiam patuit ca/
pitulo .xii. **I**lli autem pro nihilo computantur quia ut
ibidem dictum est ut pro iustis parcatu communitati
sufficiens numerus eorum requiritur. **S**imile autem le/
gitur **E**zechielis .xxii. **C**um enim destruenda esset Ieru/
salem cum tota iuda a caldeis dominus conquestus fu/
it ibidem qd nullus in illo populo iudaico inueniretur q
obstisteret sibi prece efficaci ad impediendum illam de/
structionem licet tamen ibi aliqui erant scilicet **J**eremi/
as **B**aruth & etiam alii iusti. **E**t hoc ideo quia eoru nu/
merus non sufficebat ut propter illos toti regno parce/
retur. **V**nde ibi dicitur. **E**t quesui de eis uirum subin/
tellige secundum **L**iram scilicet de prophetis sacerdoti/
bus principibus & uulgaribus qui interponeret sepem
id est precem efficacem & staret oppositus contra me
id est ad impediendum rigorem iustitie mee. **E**t nō in/
ueni saltē unum ut exponunt aliq. **S**ed ut dicit **L**ira hoc
non uidetur bene dictū quia ibi erat **J**eremias & **B**aruth
qui erant iusti & orabant pro salute populi. **P**lures etiā
iusti fuerunt in captione Ierusalem occisi cum impiis
de qbus nō erat seu nō est uerisimile qd deū orarent p/
liberatione ciuitatis & totius populi. **E**t ideo cū dicitur
hic. **E**t quesui de eis uirum id est uiros in numero suf/
ficienti ut pro illis deberē parcere toti ciuitati & regno

unde & **Abraham** Genesis .xviii. Cum quesuisset a do-
mino si parceret ciuitati Sodomorum p decem iustis
non fuit ausus de minori numero querere ulterius. Et
ideo quod subditur. Et non inueni scilicet uiros iustos
in numero sufficienti. Iniquitas enim ciuitatis & regni
ut dicit **Lira** erat nimis grauis ex multiplicitate enormi-
tate & diuturnitate ut patet ex prophetis. Et ex .iiii. R.
& paralip. ii. Per talem modum dicitur communiter
non est uir in ciuitate quando sunt ibi pauci uiriles & a-
nimosi. Ideo subditur uindicta cum dicitur. Et effudi
super eos indignationem meam id est effundam capi-
endo preteritum pro futuro propter certitudinem pre-
destinationis. Sic ergo & nunc erit quia iniquitas non
est unius regni uel nationis. Sed omnium regnorum ac
nationum totius mundi est mo nimis grauis ex multi-
plicitate: enormitate: & diuturnitate ut patet ex supra-
dictis & magis in processu reuelationu sancte **Birgite**.

¶ Obiectio quedam de religiosis uiris.

¶ Capitulum Quindecimum.

Sed posset aliquis oblicere multos esse religiosos
in mundo utriusq; sexus in quibus adhuc utiq; spe-
randum est qd sunt multi iusti pro quibus deus possit p-
cere mundo. Ad hoc respondeo absq; preiudicio sen-
sus melioris qd & deus generaliter conqueritur sup om-
nes status religiosorum & secularium ut patuit superius
capitulo undecimo. Et etiam ex regula **Saluatoris**. Idē
etiam saluator conqueritur qd iam uince religiosorum
& religionum omnes arent. Et qd sunt in eis ualde pau-
ci palmites id est iusti qui fructum portant & cum ma-
xima difficultate propter habundantiam spinarū id est
malorum. Et ideo quali & ut ita dicam coactus propter

ariditate uinearū & defectum uini .i. iustorū ipsarum re-
ligionum ipse instituit & fundauit nouam uineā .i. reli-
gionem. De cuius regula dictum est in principio huius
libelli. In qua religione habitāt persone utriusq; sexus
distinctis tamen earū habitationibus. In hanc aut uineā
portabunt noui palmites qui ferent uinū optimū de q-
lectabitur tota celestis curia de qua dicit Christus ubi lu-
pra hac p memetipsum custodiā & apponā pinguedi-
nem & maceriem ei. Et si aliquod nociuū intrauerit in
eam .i. malus homo corrupta intentione nō amore uir-
tutis & paupertatis sed quietis. Ex hoc pinguescet uinū
Et illud nociuū cito decidet ne noceat & ex hac uinea
renouari incipient alie uince longo tempore arentes &
facient fructum iuxta dies inuolutionis sue. Hec & alia
multa dicit ibi Christus de ista uinea id est regula uel
religione. Singulariter etiam conqueritur in pdictis re-
uelationibus sup ordines mendicantiū. Et specialiter su-
per ordines sancti **Dominici**. Super quē & beata uirgo
maxime conquerit & cōminatur eis de tribulatione fu-
tura prout etiam aliquantulum patuit superius capitulo .ix.
in fine. Item sup ordinē sancti francisci. De aliis autem
duobus non recolo me legisse aliquas querimonias spe-
ciales sed generales .i. de proprietatibus eorū contra re-
gulas suas. Conquerit etiam Christus super multos de
ordine sancti **Benedicti**. Et etiam beata uirgo **Maria** ut
patet in tercio libro capitulo .ii. & .xxx. & in libro reuela-
tionum extravagantium .xlv. De cartulien. non reco-
lo me ibi aliq legisse in speciali. Super sancti moniales
etiā conquerit Christus in pdictis reuelationib; & ma-
xime in .vi. libro. et uideam; etiā ad sensum qd sunt mul-
ta monasteria earū in q nulla psona intrinūit nisi pcer-
dēte pacto pecuniari q est simoniace intrat ppter qd
pcm unū monasteriū olim in terra scā exiit desolatū

Ceciderunt enim omnia edificia eius circa mediā noctem subito interficiens omnes personas intra ambitū eiusdem claustrī existentes ita q̄ nec una de hac uicio/ ne euasit uiua nisi tātum una soror que de hoc uicio nī mis doluit. Cui apparens sanctus Ieronimus tertia uice iussit eam ipsam abbatissam cum sororibus excitare & ei predicere diuinam ultionem nisi a peccato predicto cessarent. Que cum excitasset & dixisset eis que uiderat & audierat. Ille deriserunt eam tanquam mente cap tam expellentes eam de monasterio que cum uix exisset limina monasterii statim ipsum monasterium cor/ ruens omnes in terra existentes oppressit ut habetur in miraculis sancti Ieronimi in epistola sancti Cyrilli epi/ scopi Irlitani quam scripsit ad sanctum Augustinum e/ piscopum yponen. Sic ergo patet q̄ supra potest etiam ad hoc induci illud.

¶ Qualiter Christus conquerit̄ super papam & laicos.
¶ Capitulū Sexdecimū.

*no q̄mo x̄ q̄uif
sup x̄p̄i d̄nos 2
l̄nos.*
Conquerit̄ etiam Christus super papam libro pri/ mo capitulo .xli. Et similiter ibidem super laicos gentiles & paganos iurans per patrem & seipsum & spi ritum sanctum q̄ uult facere iustitiam supra predictos propter eorum peccata. Conqueritur etiam super sacer dotes in multis locis imponens eis grauissimas maledi ctiones tam in corpore q̄ in anima. Conqueritur quoq̄ super prelatos ecclesie q̄ nullus est tātum in causa q̄ ip/ se est ita despectus & neglectus nisi ipsi. Et ideo dicit q̄ uult graua iudicia facere super eos & cum hec inferna libus sedibus eos perpetuo cruciandos locare. Conqui ritur etiam super principes terre & omnes status mun/ di in septimo libro dicens. Quod ipsi libentius inspi

unt oblectamenta mundi quam amaritudinem passio/ nis sue. Et ideo dicit q̄ nisi susceperint predictas reuela tiones & se conuerterint cōdemnabuntur cum illis qui super uestem suam miserunt sortem ut patet in capitulo xvi. ubi supra. Data est etiā iā sententia perditionis su per principes terre nisi cōuersi fuerint in libro ad reges capitulo .lvi. Que data est a sanctis omnibus in consi/ storio diuino ubi reuelatio pulchra & ualde notāda ha betur. Ex dictis autem omnibus patet q̄ timēdum est q̄ in omnibus statibus mundi non sint tot iusti ut pro pter istos parcere posset toti mundo. Quapropter orā dum est cum omni instantia ad deū ut si fieri possit q̄ predicta reuelatio remoueatur. Sin autem tunc det pati entiam & perseuerantiam in bono in malis aduenien/ tibus.

¶ Christus precipit̄ ut predicta uerba reuelatio/ num publicentur ipsi mundo.

¶ Capitulū Decimūseptimū.

Iacet autem beatus sit ut dixi superius capitulo .xii. qui audit uel legit uerba hec p̄phetie huius. Mul to tamen beator erit ille qui caritatem habens ad ani/ mas ac dei honorem faciens conatur p̄ posse suo cum discretionē tamen ut uerba huius prophetie in publicū ueniant ut hominibus ira dei in breui super mundum ex arsurā innotescat quatenus sibi de remedio contra eam per penitentiam & patientiam prouideāt & ad do minum clamare pro eius remotione festinent si saltem remoueri possit. Ideo & dominus in reuelatione quadā de Innocentio papa sexto que habetur in libro reuelati onum extrauagantium capitulo secundo dicit inter alia

uerba ad sanctam **Birgittam**. **S**uis uoluntas bona repu-
tabitur ei in coronam & glorie augmentationem. **V**e/
rum tamen si uerba mea tibi data audire fecerit melior
supple erit. **E**t q̄ deferent uerba ad deū sublimius coro/
nabunt. **P**recepit etiam **Christus** hoc .i. q̄ uerba dicta
rum reuelationum publicent cui magis obediendum
est quā hominibus contrariū asserentibus. **S**ic dicens li/
bro .vi. capitulo .v. ad sanctam **Birgittam**. **H**æ que a me
audieris scribe & mitte ad amicos meos. **E**t ipsi illa semī/
nent inter gētes si forte uelint cognoscere ingratitudinē
suam & patientiam meā quia ego dominus surgere uo/
lo & ostendere gentibus iusticiam & caritatem meam.
Item in libro primo capitulo .lxi. quasi in medio ipsius
capituli sic dicit. **E**rgo amici mei uerba ista faciant ue/
nire ad inimicos meos si forte conuertantur & innotē/
scat eis periculum & iudicium eorum ut conpungan/
tur de factis suis. **A**lioquin erit iudicium ciuitatis. **E**t si
cut interrumpitur murus ubi non relinquitur lapis sup/
lapidē nec in fundamento duo lapides se mutuo adhe/
rentes sic ciuitati id est mundo fiet. In fine etiam ciuitatē
capituli sic dicit. **L**ittera .i. uerba mea scripta est labo/
rent amici mei ut ad inimicos sapienter & discrete uel/
niant. **S**i autem aliqui auditis uerbis meis dixerint. **E**x/
pectemus adhuc modicū tempus. **N**ondum uenit. **N**ō/
dum est tēpus eius. **E**go iuro in deitate mea que **Adam**
expulit a paradiso & **Pharaoni** decē plagas immisit q̄
uenio eis citius q̄ credunt. **E**go iuro in humanitate mea
quam de uirgine assumpsi sine peccato & cetera q̄ cō/
plebo uerba mea. **E**go iuro in spiritu meo qui sup apo/
stolos in die Penthecostis est missus &c. **Q**uod nō emē/
datione ad me q̄li serui & fragiles redeāt uindicabor in
ira mea. **T**unc ue erit eis in corpore & anima. **V**e quia
uiui in mundum uenerant & in mundo uixerūt. **V**e q̄

16 17
modica fuit uoluntas eorum & adhuc illa uana diligūt
& cruciatus eorum erit perpetuus. **T**unc sentient quod
nunc credere contemnunt scilicet q̄ uerba mea fuerunt
caritatis. **T**unc intelligēt q̄ quasi pius pater monui eos
& me noluerunt audire. **E**cce si noluerunt credere uer/
bis beniuolenter credent operibus cum uenerint. **I**tem
Christus loquitur ad beatam **Birgittam** dicens de quo/
dam Episcopo. **D**ic illi ut quia misericordia mea iam
uenit scilicet uerba istarum reuelationum in quibus of/
fertur a deo hominibus misericordia si ad ipsum redi/
re uoluerint proferat ea in publicum ut homines addi/
scant eam querere & de dei iudicio sibi precauere. hec
in .ii. libro capitulo .xvii. **I**tem dicit **Christus** eidē me/
diante sancta **Birgitta** hec uerba libro primo capitulo .lii.
Ego sum creator tuus quem pre ceteris diligis & amas
confidera & uide q̄ anime quas sanguine meo redemi/
sunt quasi ille que ignorant deum & sunt captiuate a di/
abolo tam horribiliter q̄ in omnibus premit eas quasi
in prelio arto p̄pterea si uulnera mea sapiunt tibi in ani/
ma. **S**i flagellationem meam & dolorē alicuius reputa/
tionis habes ostende operibus quantum me diligis. **E**t
uerba mea que proprio ore locutus sum in publicū ue/
nire facias & ad caput ecclesie personaliter defer. **E**cce
ex dictis patet quam meritorium sit ac deo placitum la/
borare ut reuelationes iste in publicum ueniant quate/
nus illud horrendum iudicium futurum hominibus in/
notescat. **I**tem **Christus** loquitur. **L**icet uerba mea scri/
pta sunt tamen prius debent annunciari & deinde ueni/
ent signa & opera ut patet in libro primo capitulo .xxx/
ii. **E**t in secundo libro capitulo .xvii. **E**t in legenda bea/
te **Birgitte** capitulo .xlii. primi libri.

Conuitant p̄dicatores ut causa dei & salut[em] animar[um] labo

rant ad hoc ut iste reuelationes publicentur & generaliter omnes ad quorum presentia hec peruentura sunt.

Capitulum Decimum octauum.

Queso ergo & supplico eis omniū qua possum instantia ad quorum presentiam hec puentura sunt ut causa dei & salutis ac zeli animarum quo nihil deo acceptius teste beato Gregorio super ezechielem prophetam quia iuxta est dies perditionis & adesse festinat tempora. Laborent ergo scribendo hortando uel predicando quatenus hec in publicum ueniant ut hominibus ira dei maxima in breui exarsura innotescat quatenus festinent cicius preuenire & preoccupare eum in confessione & lacrimis ne si inprovisa aduenerit homines per impatientiam & blasphemiam grauius in barbarum desperationis & malitie ruent. Clamet ergo qui poterit & exaltet in fortitudine uocem suam ad annunciantum populo domini scelera eorum ac pericula sibi propter hec imminencia. Premittenda tamē est oratio ac alia pia opera pro salute auditorū ut deus de sua piissima misericordia dignetur tāgere in spiratione eorum corda quia si hoc factum non fuerit inuaniū clamantium lingua laborabit saltem quantum ad conuersionem auditorum licet non quantum ad clamantium mercedem que propter bonam uoluntatem erit eque magna siue ipsi audierint siue non. Propterea seu qua propter non taceant qui hec audituri sunt. Sed gladium domini scilicet tribulationem futuram sepe dictā que iam in dictis uenire & accelerare super populum uidetur christianum ad crudeliter eum perdendū annunciantesse uenturam non a casu sed ex dei prouidentia & ordinatione. Cum non sit malum in ciuitate secundum

Amos prophetam subintellige penē secundum glosam quod non fecerit dominus. Ne scilicet ipsi propter suā taciturnitatem illius sanguinis atque periculi ipsi causa fiant atque participes.

De speculatore & preconē.

Capitulum Decimum nonum.

Audiant ipsi specialiter & predicatorēs ad quorum hec noticiā sunt peruentura qui debent esse quasi speculatores populi ad annunciandum ei ex scriptura pericula sibi imminencia ut sibi de eis precaueant. Audiant ergo quid dominus dicat eis Ezechielis .xxxiii. capitulo sub methaphora speculatoris. Si inquit speculator uiderit gladium uenientem & non insonuerit buccina ueneritque gladius & tulerit de eis animā scilicet de populo cuius est speculator. Ille quidem scilicet populus iniquitate captus est sanguinem autē eius de manu speculatoris requirā. Et subdit dominus ibidem ad Ezechiele loquens per quem speculatores designant & doctores. Et tu fili hominis speculatorem dedi te domui Israel. Audiens ergo ex ore meo annunciabis eis ex me. Ex quo patere potest quod predicator .i. speculator populi christiani audiens hec in lectione a deo teneat hec annunciare populo eidē quia sicut dicit Isidorus. Cum legimus deus nobiscū loquit. Et ideo cū hec uerba Christi predicta quod predicator legit sequitur quod illa a Christo audit. Et sic per consequens sequitur quod ea ex mandato Christi tenetur annunciare populo cuius est speculator. Ad hoc etiā facit dictū sancti Ieronimi quod habet in epistola beati Eusebii de morte ipsius .i. sancti Ieronimi. Cū iuxta epistolā sancti Iohannis. Qui odit fratrem suū homicida est & qui habuerit substantiā huius mundi & uiderit fratrem suū necessitatē patientē & clauferit uiscera sua ab eo quomo

Amos 18

Ezechielis .33.
3 predicator

Ezechielis

Isidorus

Ieronimus
Epistola
Eusebii
de morte
Ieronimi

do manet caritas dei in eo. Quanto magis qui uiderit fratrem suum errantem & mortalibus oppressum criminibus & non ministrauerit ei uerbum doctrine ille qui doctus est homicida est & sine caritate. **T**imeatis o doctores & rectores quibus iniunxit dominus predicationis officia si nō populo suo dominicum uerbum ministraueritis. Quot enim uel in uestro exemplo uel in uestra negligentia in peccatis moriētur tot de manu uestra requireret dominus. **H**ec Ieronimus. Cum ergo ut ex superioribus patuit homines iam multis horribilibus peccatis sunt inuoluti. Ita q̄ propter ea iam maxima ira dei instat eis & tempus uisitationis in quo dolus dirigetur. Iniquitas prosperabitur. Veritas propter peccata prosterneatur. & multa sanctuaria conculcabuntur. **C**onstat profecto ex predictis predicatorum & doctores siue rectores debere populū de hoc amouere & ad penitentiam incitare ut irā dei & picula maxima sibi imminētia possint euitare seu declinare. **H**inc etiā beata uirgo Maria in q̄rto libro celestis libri capitulo .lxx. Omnis qui audit & scit ueritatē & tacuerit reus est nisi omnino contemnat. **A**d predicta etiam facit exemplū q̄ adducit beata uirgo Maria in eodem capitulo de quodā domino qui habuit nobile castrum. In quo multa bona erant q̄ obsessum est ab inimicis suis. Quod cū ille audisset dixit preconī seruo suo. **V**ade clama alta uoce militibus meis. **E**go dominus liberabo castrum meū quicumq; sequitur me bona uolūate erit mecum in honore & gloria consumilis. Qui uero in pugna ceciderit suscitabo eum ad uitam. **S**eruo autem accepto mandato clamauit sed minus sollicitus fuit in clamando intantum q̄ clamor ad strenuissimum militem nō peruenit. **E**t ideo miles destitit a labore. Quid ergo facturus est dominus militi: qui libenter laborare uoluit: sed non au-

diuit uocem preconis: utiq; remunerabitur pro uoluntate: sed preco tepidus non immunis erit a correctione. **E**x hoc ergo patet quod supra. **A**d hoc etiam hortatur eos loel propheta primo capitulo dicēs. **A**ccingite uos & plangite sacerdotes: ullulate ministri altaris: sanctificate ieiunium: congregate senes & omnes habitatores terre in domum dei uestri & clamate. **A**a a diei quia prope est dies domini & quasi uastitas a potente ueniet & c. Item in secundo capitulo sic dicit in persona domini. **C**anite tuba in syon. **U**llulate in monte sancto meo conturbetur omnes habitatores terre. **Q**uia uenit dies domini. **D**ies tenebrarum & caliginis. **D**ies nubis & turbis quasi mane expansum sup montes populus multus & fortis similis ei non fuit a principio. **H**ec autem pnt applicari ad populum uenturū cū duce supradicto capitulo nono. **E**t sequitur infra in eodem capitulo loelis. **C**onuertimini ad me in toto corde uestro in ieiunio & fletu & planctu. **E**t scindite corda uestra & non uestimenta uestra. **C**anite tuba in syon sanctificate ieiunium. **E**grediatur sponsus de cubili suo & sponsa de thalamo suo & cetera quasi dicat. **N**on est tempus uacandi amplexibus sed luctibus propter instantiam diuini furoris. **E**t reuera nisi populus christianus predicto mō se humiliauerit coram deo omnia predicta mala super eum uenient & insurgent guerre dissensiones pestilentie & c. Ita q̄ timor & tremor ac ebetudo mentis super eum ruent. **Q**uatenus nullus appareat sibi modus se saluādi & de periculis eū undiq; circūdantibus se eruedi in quibus uita hōim erit q̄si in pendulo posita. Ita q̄ non sint certū ad modicū in uita uel sanitate stare uel perdurare utpute de mane usq; ad uesperā. **T**unc inuocabunt dominum christiani & non exaudiet auertetq; oculos suos ab eis ut comminat eis supius capitulo .vi. ubi dicit. **I**psi

uertunt ad me dorsum & non faciem & ego ad eos oc-
ciput uertam nec miserebitur tunc nec parcat oculis eius.
Quia quanto plus tunc deum interpellauerint pro re-
motione malorum tanto magis mala accrescent & luc-
cedunt semper flagella flagellis. **T**unc potest eis Chri-
stus dicere illud quod habetur in primo libro sapientie
Quia uocaui & subintellige per uerba reuelationū me-
arum uobis missa & rennuistis. **E**xtendi manum meā
supple pro mittendo uobis misericordiam & non fuit
qui aspiceret. **D**espexistis omne consilium meū. Ego
quoque in interitu uestro ridebo & subsanabo cū uobis
quod timebatis aduenerit cū irruerit repentina calami-
tas & interitus quasi tempestas ingruerit. **C**ū uenerit su-
per uos tribulatio & angustia. **T**unc inuocabitis me &
non exaudiam uos. **M**ane consurgent & non inueniēt
me eo quod exosam habuerunt disciplinam & timorem
domini non susceperunt nec acquieuerunt cōsilio meo
& detraxerunt correctioni mee uniuersi. **C**onsumedent
ergo fructus uie sue suisque consiliis saturabuntur. **A**uer-
sio paruulorum interficiet eos & prosperitas stultorum per-
det eos id est illoꝝ canum de quibus superius capitulo
ix dictū est. **S**ubtrahet etiam gratiā suā ab eis permit-
tendo eos cū hoc temptari & cadere in hereses & dabit
gratiā suam paganis qui ad fidē eligent. **I**deo dicit Chri-
stus libro .ii. capitulo .v. **M**ittam amicos meos qui pa-
ganos introducant in ecclesiam. **C**hristiani autem ma-
li fient eoz serui. **I**lli autem gaudebunt de hereditate p-
petua & dulcedine quā preparabo eis. **I**sti autem in mi-
seria ingemiscunt que incipiet eis in presenti & imper-
petuum durabit. **E**cce uerbum ineffabiliter horrendū
Qui habet hic aures audiendi audiat & sibi de salute
sua cum celeritate prouideat ne simul temporaliter & eter-
naliter peat. **Q**uia secundum predicta illud Ieremie di-

20
plici cōtritione cōtere eos dñe in multis christianis im-
plebitur eoz demeritis sic exigentibus quia multi eorum
hic perient amara & crudeli morte & ibi eterna damna-
tione. **E**t hoc ideo quia in illa tribulatione in ueritate ad
Christum non conuertentur. **I**nfert autem Christus in
fine supradicti capituli excitās amicos suos ut spe mer-
cedis eterne non attedientur laborare ut predicta publi-
centur dicens sic. **E**rgo amici mei quia tempus est uigi-
landi non dormitent non attedientur nam merces glo-
riosa sequitur laborem eoz.

Monentur hic Christiani contemptores predictarū
reuelationum ut sibi de periculo precaueant exemplo
iudeorum.

Capitulum Vigesium.

Uere si christiani hec intelligerent sine dubio expa-
uescerent. **S**ed uere excecati sunt oēs tam maio-
res quā minores tam docti quā indocti. **I**deo tempus uili-
tationis sue non cognoscunt in quo scilicet uilitabit eos
in nouissimo isto maledictionis tempore mittendo uer-
ba oris sui ab eterno prelicita ad misericorditer reuocā-
dum eos de peccato & periculo suo. **S**i autem uexatō
aduenerit & casus a pace & habundantia temporalī in-
qua semper se stare credunt appropinquauerit tūc ape-
rientur oculi eorum & intelligere & uidere incipient ce-
citatem suam. **E**x casu enim oriri solet sol que occide-
re solet infortuna. **E**t ideo cum ipsi Iſaie prophete qui
mittebatur ad incredulos diceretur Iſaie .vi. **E**xceca cor
populi huius & aures eius aggraua & oculos eius clau-
de ne forte uideant oculis suis & auribus audiant & cor
de suo intelligant zē. **E**t ipse quereretur usque quo. **R**espon-
sum est sibi donec desolentur ciuitates absque habitato-

re & domus sine homine zc. quia cecitas incredulorū
hōim ppheta dei nō illuminatur nisi cum prophetie
implete fuerint etiā ad suū damnū. Et sic possunt dice
re illud sapientie. Errauimus a uia ueritatis: & sol intelli
gentie non est ortus nobis. Nos insensati uitam & reue
lationes predictae domine insaniam estimabamus. Ecce
nunc intelligimus q̄ computata est in ter iustos & inter
sanctos fors illius. Quanta nūc est insania christiano/
rum contra dominum qui respuunt miserationem sibi
oblatam pro qua rogare deberent & cum hoc eam de
rident. Littera comminatoria mittit contemptorib9
cū sponsione misericordie & gratie si reuertī uelint. Illi
autē addentes peccatū peccato litteram ex ore altissimi
egressam reiciunt & cōtempnunt & cū hoc obprobri
um inferūt deferenti uel latrici. Sed quid faceret domi
nus terrenus si sibi tale obprobriū inferret uere uindi
caret se si posset. Quilibet .n. legatus debet habere pa
cem ubiq̄. Etia in terra inimicorū ppter officium legati
onis. Et hoc etiā homo homini mortali seruat. S3 deus
modo hoc priuilegiū non habet apud eos qui uolūt es
se sui amici. i. apud xpianos q̄ eum labiis honorāt. Sed
ut timeo lōge est a cordibus eorū. Et hoc satis pz in ista
dñā Birgitta que fungit officio legatōis ipsius altissimi
ex eo q̄ eius aplā noua appellat & existit. Que ppter
legationem dictam q̄si ubiq̄ persecutionē sustinet quā
utpute persecutionem nō sustineret si predictū officiū
legationis non haberet. Et ideo potest dici cū Ieremia
Facta sum in derisum tota die q̄ iam olim loquor. uol
ciferans iniquitatē populi & uastitatē clamito. i. destru
ctionē terre ppter peccata sequentia hoc .n. deridebant
iudei Ieremiam tanq̄ falsum prophetā ut dicit Lira q̄
diu ista ante predixerat & non euenerat. Et etiam quia
dixit se hanc prophetiam ex reuelatione & collocutōe

21
diuina habere q̄ illi tenebris peccatorū excecatis nullo
mō capere poterant. Et ideo quia sancta Birgitta a plu
ribus deridet uel cōtempnitur propter has duas causas.
Ideo potest etiā predictū uerbū Ieremie ad se referre q̄
habuit spiritū ppheticū sicut ille. perpendat autē q̄ pote
rit quanta & q̄lis uindicta est superuentura xpianis qui
litteram omnipotentis dei tanq̄ nullo honore dignam
reiciūt & deferentē ppter hanc cōtempnūt. Legāt etiā
predicti cōtemptores uel inquirāt quid contigit iudeis
q̄ similiter cōtempserunt uerba Ieremie & aliorū pphē
tarū eis aduersa ppter sua peccata pñciantū. Et temp
dicebāt pax pax ut patet Ieremie .vi. Et amos .ix. nō ap
ppinquabit & nō ueniet sup nos malū. Quicq̄ tam sa
cerdotes q̄ populus eos tanq̄ zelo dei ducti psequēbant
etiā usq̄ ad mortē. Et uident foueā si uolunt in quā ui
deant alios cecidisse. Videantq̄ in alieno exercitio & ex
emplo q̄ expauescāt. Ingrant quoq̄ qd cōtigit loachim
regi iude p eo q̄ libz reuelationū. Ier. ci9 folia unū pz
aliud descindēdo & in arulā pñciēdo cōbussit de q̄ ha
bet Ier. xxxvi. Et consiliter qd cōtigit summo pontifici
Phassur q̄ Ieremiā pphetizantē in domo dñi percussit
& in carcerē posuit ut habetur Ieremie .xx. Et caueāt ne
similia peccata iam faciendo consimiles penas experi
antur & contremiscāt. Sicut autē illis dominus iurando
comminabat excidium eorū nisi audirent uerba sua il
lis per pphetam ministrata ut patz specialiter de uerbis
Ieremie pphete Ier. xx. ubi dominus per Ieremiam di
xit Quod si non audieritis uerba hec que in memet/
ipso iurauī sicut Sylo erit domus hec id est domus re
gia ut dicit Lira id est ita desolabitur sicut Sylo ciuitas
que diu ante erat destructa q̄ factum est ex eo quod
noluerunt audire uerba Ieremie. Sic simili modo hic
in istis reuelationibus Sancte Birgitte iurauit prout

Lira de sylo
ut domus regia

patuit superius capitulo .xvii. Quod tribulatio super
christianos ueniet nisi ea susceperint & ad ipsum p pe-
nitentiam redierint & hoc etiam fiet remota omni spe
ablationis dicte tribulationis nisi homines conuersi fu-
erint quia illa prophetia non est comminatoria tantum.
Sed cum hoc diffinitiva que nullo modo retractatur.
Cum enim deus dicit iuro uel iuravi hoc intantum ua-
let ac si diceret hoc statuo uel statui firmiter & disposui
absq; retractione seu irreuocabiliter ut patet ex dicti Li-
re .i. R. .iii. Et Amos .vi. & octauo capitulo. Et sic est
diffinitiva sententia uel prophetia.

¶ Quod per tria potest ira dei placari.
¶ Capitulum Vigessimum primum.

Beata uirgo Maria in libro ad reges penultimo ca-
pitulo sic dicit. Quod per tria potest ira dei pla-
cari. Primum est elemosinarum largitio. Secundum est ue-
stimentoz depositio que .s. ppter superbiam uel incita-
tionem libidinis diabolo inspirante & dictante assumi-
pte sunt in pedibus & in capite & in aliis membris. Si-
militer & scissure & fissure uestimentoz dispēdiose ua-
ne & inutiles deponi debent. Tercium est q; debent fi-
eri processiones solēnes & celebrationes missarum de san-
cta trinitate ad certum tempus ut mihi uidetur semel p
mensem per integz annum ad quas totus populus de-
bet conuenire in ecclesiis suis & rogare intime deum ut
placabilis sit & dimittat offensam. Et tali die debet fieri
ieiunium quo .s. fiunt. Si ergo predicta depositio uesti-
um fiet & alia duo. Tunc sine dubio placabit deus. Sin
aut tūc nō erit spes misericordie. Sed deponenē uestes
cū maximo dāno hōim a deo siue noluerint siue uolu-
erint ut expiētia in pximo eos edocebit. xps etiā ponit

22
in libro quarto capitulo .xlix. per quem modum papa
potest reformare ecclesiam & ad pristinum statum bo-
num & sanctum reducere per ordinationem statuum
ipsorum Cardinalium & Episcoporum ac etiam totius
cleri. Quod si fecerit bene. Sin autem tunc ueniet ira
dei super eum & clericos tam maiores q̄ minores & ei
cientur de prebendis & dignitatibus eorum a laicis cū
maxima confusione & dolore quia iam multi eorum
in crapula & pompa utinam non in luxuria bonis ec-
clesie abutuntur. Deinde etiam super laicos dei ira de-
ueniet a quibus & bona que clericis abstulerunt cum
propriis auferuntur. Sicut scribitur per Isaiam. Ve qui
predaris nonne ipse depredaberis.

¶ Quod hec reuelatio a multis est preuisa.

¶ Capitulum Vigessimum secundum.

Dicta autem reuelatio que toti mundo instat nisi cō-
uersus fuerit ad dominū & reuelata est sancte Bir-
gitte in reuelatione a uisione imaginaria & intellectuali
a multis est preuisa longe ante tempora sancte Birgitte
ut ex multorum testimonio homines de ipsa certiores
reddant quatenus excusationem non habeant de igno-
rantia si se neglexerint emendare & per penitentiam irā
dei placare. Si enim sodomite ita horribiliter fuerunt
deleti propter peccata sua quibus nullus propheta fuit
missus ad precauendum de periculo suo perpendat q̄
poterit quali pena cruciabuntur christiani qui mul-
tis presagiis ammoniti sunt & non curant immo etiam
despiciunt & renuunt se emendare ut iram dei placarēt.

¶ Qualiter Sibilla preuidit istam tribulationem.

Capitulum Vigessimum tertium.

Primo Sibilla hanc tribulationem longe ante natiuitatem Christi existens preuidit. Vnde dicit in prophetico oraculo suo post quadringentos & mille annos domini totum genus humanum miserabili plaga percutietur in Peste. Fame. Igne. Dissensionibus & Guerris. in Tonitruis. Ventis magnis. & Tempestatibus que hominibus magna damna inferunt. Magnusque erit tunc gemitus & querimonia ita quod pre nimia angustia & miseria homines ante tempus debitum incipiant canescere. Plaga etiam magna super milites ueniet ita quod ubique interficientur nullam habentes uirtutem resistendi. Super quos & Christus in reuelationibus sancte Birgitte in multis locis maxime conquerit dicitque in libro ad Reges in fine capituli .xxx. Inter omnes status laicorum milites plus apostotauerunt. Qualiter autem apostotauerunt ostendit in multis locis predictarum reuelationum. Et comminatur eis cum terribili iusticia sua nisi ad ipsum redierint. Ponit etiam Sibilla aliqua signa que precedunt pretacta mala. Apparebit namque stella quedam habens magnitudinem caude pauonis. Exurgentque ad inuentiones multe uestium scilicet acuti pilei Caputia habentia caudas longas non latas sed ualde tenues. Multaque & ultra centum inueniuntur plice in ornatu mulierum. Tunc surget pater contra filium. frater contra fratrem. Omnia iura & leges per omnia regna infirmari incipient uoluntas & potestas malorum hominum pro lege habebit. Christianique peiores erunt circa hec tempora quam iudei nunquam baptizati. Hec & multa alia ponit ipsa Sibilla quam causa breuitatis hic ponere premitto.

Qualiter Sanctus Gregorius papa hanc tribu-

lationem preuidit.

Capitulum Vigessimum quartum.

Sanctus etiam Gregorius .xix. moralium dicit quod circa nouissima tempora magna persecutio hereticorum carnalium quoque hominum & gentilium contra ecclesiam insurrectura est. Et quod heretici publica uoce contra eam predicabunt & duris uerberibus contra eam preuenient unde dicit etiam tantis quippe illam futuris tribulationibus angustiarum ut hec tempora cum magno suspirio desiderant que nos cum magno dolore tolleramus. Qualiter autem fuerunt illa tempora prout tunc satis patet ex Coronis & etiam ex Omeliis eiusdem super Ezechielem quia prout tunc longebardi intrauerunt Italiam deuastantes eam crudelissime concomitante multa fame & peste. Tunc erant magni terremotus & terre hiatus qui multas urbes & castra subuerterunt & homines uiuos absorberunt. Magne tempestates que subito magna & multa edificia deiecerunt suffocatis multis in habitantibus & magne pluuię & intemperies aeris prout etiam tangit in aliquibus omeliis super euangelia. Pensandum est ergo quanta illa futura tribulatio erit si homines illam transactam in comparatione istius cum magno suspirio desiderant.

Qualiter sancta Hildegardis istam tribulationem preuidit.

Capitulum Vigessimum quintum.

Sancta Hildegardis fundatrix & magistra .s. monasterii sancti Ruperti quod situm est apud Pingiam que clauit Anno domini .Mclxx. habuit multas reuelationes a deo. Cuius libri canonizati sunt a papa Eugenio iiii. in consilio Treuenti. In uno ergo libro eius intitulat

liber diuinorum operum secunda parte capitulo secundo sic dicit. Cum peccata hec seinuicem in populis coniunxerint scilicet odium homicidium & sodomiticum peccatum. tunc constitutio legis dei diuidei & ecclesia quasi uidua concutietur. Et principes nobiles & diuites per consimiles atque per suos minores de locis propriis expellentur & de ciuitate ad ciuitates fugabunt. Nobilitas quoque generis eorum ad nihilum deducetur & de diuitiis in paupertatem redigentur. Ista omnia tunc fient cum antiquus serpens uarietatem morum & uarietatem uestimentorum in populos sibilabit quem quando mutabuntur hec abiiciendo & hec attrahendo cum in predictis operibus semper se innouabunt & uariabunt.

De abbate Ioachim.

Capitulum .xxvi.

Abbas etiam Ioachim de Calabria fundator Cenobii florent. circa eadem tempora existens dicit in glosa sua super Ieremiam prophetam. Quod magna tribulatio uentura est super ecclesiam ab hereticis paganis & malis christianis & quod bona clericorum sunt auferenda & quod multe ciuitates & castra sunt destruenda. Si cut etiam predicit sancta Hildegardis supra dicta. Et expellendi sunt de regione in regionem propter quod multi intrabunt heremum uitam ibidem in paupertate ducentes. Qui ergo hec audituri sunt preparent se ad bonam. Attendantes ne corpora eorum grauentur crapula aut ebrietate aut curis huius uite ne repentina ueniat in eos illa tempestas futura quam diabolus in prefinito tempore deo permittente contra ecclesiam uehementer suscitabit. In qua multi ut timendum est periclitabuntur. Et ideo timendum iam magis est & lacrimandum quam gaudendum. Et licet sic faciendum est tamen multi con-

trarium facere dinoscuntur non curantes de malis futuris. Sic & olim iudei fecerunt tempore prophetarum. Et ideo dicitur Isaie .xxii. Et uocauit dominus per prophetas secundum Liram in illa die .i. ante destructionem Ierusalem que .i. facta est per Nabuchodonosor ad fletum & ad planctum .i. ad debitam contritionem & satisfactionem de peccatis ut euitaret pena diuine ultionis prout dicit Lira. Et ecce gaudium per contrarium uerbi prophetarum eos ad penitentiam reuocantium. Comedamus & bibamus cras enim moriemur. Hec enim inter epulas derisorie dicebant. Eo quod prophete comminabantur eis captiuitatem & mortem nisi peniterent. Et quia talis contemptus ut dicit Lira malum eorum aggrauabat supra modum. Ideo subditur. Et reuelata est in auribus meis uox domini exercituum prouocati per talentem contemptum. Si dimittitur iniquitas hec id est non dimittetur accipiendo si per non donec moriamini non solum corporis morte sed etiam iehenne ut ait Lira. Hi etiam ut securius & quietius in uoluptatibus suis uiuerent & timorem a se reicerent seipsum confortantes & consolantes dicebant ad inuicem prophete .i. falsi ad populum in prauitate scilicet cordis sui ambulantes. Pax erit uobis non ueniet super uos malum. Quis enim affuit consilio domini & uidit & audiuit sermonem eius ut patet Ieremie .xxiii. Quia propter sequitur ibidem. Non reuertetur furor domini usque dum faciat & usque dum compleat cogitationem cordis sui. Quod & factum est propter contemptum & malitiam eorum. Nam finaliter totaliter uniuersali plaga destructi sunt. Horum ergo exemplo ut sepius dixi precaueant se christiani qui in similibus peccatis & maioribus iam laborant ut satis patet ad sensum ne similia peccata facientes consimilem penam & ultionem experiendo miserabiliter deficient. Deo gratias.

¶ Sequuntur festa Sancte Birgitte.

Sancta Birgitta habet tria festa in anno. ¶ Primū festum est translationis eius scilicet de Roma in Suetiam & celebratur duplex scilicet quarta die post festum Urbani scilicet in illa syllaba pe que est sub littera dominicali A. ¶ Secundū festum est natalis eius & celebratur totum duplex in crastino sancte Marie magdalene. ¶ Tertium festum est canonizationis eius & hoc etiā celebratur totum duplex nona die post Michaelis .s. in die Marci pape. Et est sollemnius festū inter alia & habet octavam zc.

¶ Sequitur officium misse in natali Sancte Birgitte.

OAudeamus omnes in domino. diem festum celebrantes. In honore sponse Christi Birgitte. De cuius electione gaudent angeli. Et collaudant filium dei. Ver. Qui fecit eam canale spiritus sancti & per eam reuelans mundo secreta celestia. ¶ Collecta.

Domine deus noster: qui secundum magnā misericordiam tuā dñe Birgitte tantam dedisti gratiā. ut ei per filium tuū unigenitūū secreta celestia & occulta misteria a mundi sapientibus abscondita reuelares ipsi us pio interuentu. Concede nos famulos tuos in reuelatione sempiternę glorie tue gaudere perbenniter exultantes. Per. ¶ Ep̃la. Mulierē fortem zc. ¶ Grad. Propter ueritatem zc. ¶ Alla. O sponsa Christi redoles ut mirra suauissima pro nobis preces offer parrona mitissima. ¶ Prosa.

Instantes cantilene cōformemur philomene uoces & precordia. ¶ Cum de mundo philomena cantans uolat ad auiena paradisi gaudia. ¶ Nos Birgit tam uenerantes decet esse sic letantes in eius solenniis.

Ut ipsius imitemur actus mores comitemur cum dignis obsequiis. ¶ Hec est cui insinuat locus templi reuelatur ad miranda formula. ¶ Felix cui manifesta tur. Felix a quo confirmatur salutaris regula. ¶ Matri samuelis Anne simulatur & zuzanne cor figens in domino. ¶ Reuelatrix secretorum sine fine beatorum gloriatur premio. ¶ Hec est doctrix discipline dei custos a ruine mūdane periculis. ¶ Caritate redemita fide potens clara uita claruit miraculis. ¶ Graui morbo pregrauate moniales sunt curate eius tangendo reliquias. ¶ Pestem fugat spiritalem febrem pellit criminalem iepe purgat maculam. ¶ Dum plaspheumus debonestat ipōsam iudex manifestat uindicta plasphemie. ¶ Sed a se eis agitur recognoscit hic reatus locum petens uenie. ¶ Cœci uident. current claudi congaudentes eius laudi reuiuiscunt mortui. ¶ Aquis maris cōquassatos plures reddit consolatos uoluntatis portui. ¶ O beata Birgitta mē pia cōtristat in hac uia pia da remedia. ¶ Per hoc tenebrosū mare duc nos quo possumus clare uidere celestia. Amen. ¶ Ista prosa potest cantari sub nota prole de sancta Elizabeth .I. Gaude syon zc.

Euangelium. Secundum Lucam. ¶ In illo tpe. Exultauit Iesus spiritu & dixit. Confitebor tibi dñe pater celi & terre. Quia abscondisti hec a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea puulis. Etia pater. Quia sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a p̃e meo. Et nemo scit q̃s sit filius nisi pater & quis pater nisi filius & cui uoluerit filius reuelare. Et conuersus ad discipulos suos dixit. Beati oculi que uident que uos uidetis. Dico .n. uobis q̃ multi reges & pphete uoluerūt uidere que uos uidetis & nō uiderunt & audire que auditis & non audierunt zc. ¶ Offertorium. Diffusa est gratia in labiis zc.

Secretum.
Omnipotens sempiterna deus munera tue maiestati oblata. Per intercessionem beate Birgittæ sponse dilectissimi filii tui ad perpetuam fac peruenire leticiam. Per eundem.
Communio. Diffusa est gratia. **Complēda.**

Sacram salutis nostre suscipientes. Concede quesumus omnipotens deus ut beate Birgittæ uide nō bis ubiq; pro sit oratio in cuius ueneratione hec tue obtulimus maiestati. Per.

Officium in festo Canonizationis uel translationis.

O Audeamus omnes in domino diem festum celebrantes. In honore Birgittæ sponse Christi de cuius Canonizatione uel translatione gaudent & cetera. Ver. Eructauit cor meum zc. Cetera ut supra.

In commemoratione eius. Officium.

Iny. **Loquebar de testimo. zc.** **Collecta.**

Deus qui ecclesiam tuam per beatam Birgittam sacris illuminare dignatus es consiliis & exemplis. Cōcede propicius eius intercessione ut que pro nostris purgandis excessibus clementer reuelasti deuotis mentibus exequamur. Per eundem.

Epistola. Lectio libri sapientie.

Optaui & datus est mihi sensus. Inuocaui & uenit in me spiritus sapientie & preposui illam regibus & sedibus & diuitias nihil dixi esse in comperatione illius. Nec comperaui illi lapidem preciosum. Quoniam omne aurum in comperatione illius arena est ex

26
igua & tanq; lutum estimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem & spēm illam dilexi & proposui p luce habere eā quoniam in extinguiibile est lumē ei⁹. Venerunt aut mihi omnia bona piter cū illa z innumere rabilis honestas per manus illius & letata sum in omnibus quoniam antecedeat me ista sapientia & ignorabam quoniam omnium bonorum mater est quam sine ne fictione didici z sine inuidia cōmunico z honestate illius nō abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus quo q; uili sunt participes facti sunt amicitie dei.

Grad. Propter ueritatem zc. **Alleluia.** Ex sacris sponse labiis riuus deliciarum dei fluxit in uariis exemplis doctrinarum.

Prosa.

Surgit mundi uergente uespere uelud stella micans in ethere Birg. uas gratie rosaq; mūdiciē. **Stans** fortis in amoris federe scandit Christum decenter capere cordis in hospicio dulci desiderio. **Nil** dulce querens nil amabile carni mūdoq; uane glorie Christi sub gremio cor humile requiescit. **Hostis** caput cōtrivit fortiter dum in bonis succrescit iugiter Christo sponso frui feliciter mardescit. **Sponsus** sponsam frequenter instruit nouam uite normam instituit ut sic put in sponsa congruit delectetur. **Grato** feruens amore prope rat iugum ferre sponsi desiderat libens & prona q; statu erat proficitur. **In celis** sua conuersio numero placēs uirtutum radio dei sanctorumq; colloquio recreatur. **Tandem** uite completo stadio mundi transfertur de naufragio z in summo celi consortio coronatur. **Sis** birgitta nobis propicia mira clarāt de te pdigia plebsq; dei magnalia confitetur. **O Maria** dulce presidium fac Birgittæ per patrocinium ut optatum in celis braui/

um nobis detur. Amen.

Euangelium. Nemo accendat lucernam zc. Quere de confessoribus. **O**ffer torium. Diffusa est gratia in labiis zc. **S**ecretum.

Hostias tibi domine laudis offerimus suppliciter deprecantes. Vt easdem beate Birgittæ interueniente suffragio & placatus suscipias. Et ad salutem nostram peruenire concedas. Per.

Communio. Diffusa est zc.

Complendum

Quesumus omnipotens deus. Vt celestia sacramenta que sumplimus intercedente beata Birgittæ reatus nostros purificent. Et recte uiuendi nobis operentur exemplum. Per dominum nostrum zc. Amen.

Deo gratias.

Sequitur oratio bona de Sancta Birgitta.

Gaude Birgitta nobilis exorta es mirifice, sponso celesti abilis florens ex regno Suecie. Gaude pulchra nimis domina cuius facies preluce hic uisa est ab homine. Gaude omnibus amabilis tamen non polluta uiciis seruata celi augmine. Gaude Christi secretaria que ab ipso audis abdita more prophetarum. Gaude imago aquile intuitu perspicue ritum celicolorum. Gaude matris dei inclita singularisq; symmista predilecta ceteris. Gaude angelorum socia mente sed carne terrea patriarchis similis. Gaude futurorum prescia hic in terris del gratia nunc in fine temporum. Te laudamus te amamus Christi celum ne perdamus. Iuxta lux nobilium Birgitta rogo suscipe cordis mihi gaudium est precor intine **A**men.

Gregia sponsa Christi Birgitta intercede pro nobis ad eum qui te elegit ut digni efficiamur eius gratia. Ver. Diffusa est gratia in labiis zc. **C**olle

ctam quere superius in officio misse. Domine deus noster zc.

Birgitta Christi famula fidelis in officio tu felix Anna uidua templi uacans seruiicio Rachel amore feruida iacob placens consortio. Salus egrotis placida deuotis consolatio splendens iustorum semita meliorum re creatio fiat per tua merita grata nostra deuotio que referas abscondita nos offer lucis gaudio.

Ale suavis musica aures demulcens principum. Tu gedeonis buccina castra deterrens hostium. Tu dulcis Timpanista corda mouens fidelium conuer te mater inclita luctum nostrum in gaudium. Ver. Ora pro nobis beata Birgitta sponsa Christi predilecta Vt ad celestem patriam sit ipsa nobis uia recta.

Collecta.

O Domine Iesu Christe q; beatam Birgittam ppter multorum secretorum inspirationem & singulare uirtutum ad orationem sponsam tuam uocare decreuisti. Presta quesumus. Vt eidem in uita moribus conformemur. Et cum ea de mundi illecebris ad uisionem celestium transferamur. Per.

Amen.

Sermo defensionum probatorum ac expositionum
diuinitus inspiratarum reuelationum a spōlo Iesu Chri
sto genēse domine Sancte Birgitte sponse eiusdem &
principisse Nereie de regno Suecie factarum necnon
approbatiōis & confirmationis regule a Christo rece
pte & ab eadem beata Birgitta edite per Gregorium pa
pam .xi. & Martinum .v. summos pontifices confirma
te approbare & munitē. In publico consistorio coram
Vrbano .vi. summo pontifice reuerendissimisq; domi
nis Ioanne de Turre cremata hispano cardinali Sancti
Sixti uulgariter nūcupato Adam cardinale in sacra the
ologia magistro z elisareo tituli Sancte Balbine presbi
tero Cardinale ceterisq; dñis assistentibus habitus Sum
ma lucubratione diligenti etiam studio editus feliciter
incipit.

Confiteor tibi dñe
pater celi & terre zc. Luce .x. Hic est sciendū
qd secundum Originem confessio est duplex
alia criminis alia laudis. Et de his dictum fuit in prima
parte sub dominica quinta post octauas Ep̄hanie. Hoc
aut quod Christus hic dicit Confiteor tibi domine pa
ter zc. intelligitur de cōfessione laudis tm̄ & non de alia
Sciendum aut est qd M. xi. dicitur. In illo tempore re
spondens Iesus dixit. Cōfiteor tibi domine pater zc. Et
circa hoc est aduertendum secundum Lyrām qd posset
ab aliquo queri que fuit causa quod iudei litterati & in
populo famosi pro maiori parte in infidelitate perman
serunt. Simples autem & illitterati ad fidē uocati sunt
Huic questionī tacite respondit Christus per modum
diuine laudis dicens Confiteor tibi pater .i. ad gloriam
tuam declaro quia abscondisti hec .i. misteria fidei a sa
pientibus z prudentibus .i. in sapientia humana confi

55. xi.
m. h. d. 2.

l. i. c. 1.

g. d. h. c. xi.

l. i.

m. h. d. 2.

dentibus. Et isti sunt sapientes in oculis suis tñ sed nō simpliciter. Et reuelasti ea paruulis. i. humilibus. Et sic patet q̄ causa apte credentiū fuit eoz humilitas que ad sapientiam disponit: ut dicit puerbioz. xi. Vbi humilitas ibi sapientia. Ex pte aut non credentium fuit eoz superbia que est intellectus excecatus. Sed ex pte dei cā fuit simplex uolūtas diuina. Et hoc est qd subdit. Quoniam sic fuit placitum ante te. Quod n. aliqui sunt electi & aliqui reprobati bene potest assignari causa in generali etiam ex parte dei ut scilicet in electis appareat dei misericordia. In aliis autē eius iusticia. Quia sicut ad gloriam regis terreni & ad decorē sui regni nō solū pertinet aula in qua strēnui milites honorant. Sed etiam patibulum in quo malefactores puniunt. Sic ad gloriā dei nō solum pertinet primatiō bonoz. sed etiam punitiō reproboz. In spūali tñ non pōt assignari ratio ex pte dei quare istū eligat & illū dimittat nisi eius simplex uolūtas. Sicut dixit Augustinus sup loannē q̄re illū trahat illum aut dimittat noli uelle diiudicare si non uis errare zc. Sicut autem p̄dicta uerba sancti euangelii exposita sunt de iudeis & eoz reprobatiōe. Sic etiam inō exponi possunt de xpianis & eoz reprobatione q̄a multi xpiani iam reprobandi sunt & derelinquunt a gratia & pagani ad eam eliguntur prout patuit ex dictis in ista secunda pte sub festo sancti Stephani p̄thomartiris capitulo vii. circa finē. Christiani etiam līati & in populo famosi pro magna parte relinquēdi sunt & simplices in locum eoz eligendi. Et ideo etiam dicit dominus in fine plogi libri celestis. Nūc ergo quia reges & p̄ncipes & p̄lati ex beneficiis meis me recognoscere nolūt ut ad me ueniāt ego paupes debiles infames & miserabiles p̄sonas cōgregabo quibus loca eoz replēā ne in exercitu meo ob eoz absentia aliquis sit defectus. Ad hoc facit etiam

29
qd dicit Regina celi uirgo **M**aria in tertio libro celestis libri capitulo quarto circa principiū. Quia dñi & ep̄i nolunt uenire ad nuptias ipsis & omnibus in celo p̄paratas uenient pauperes & infirmi. Et circa finem ipsius capituli ipsa ad sp̄sā sic dicit. Veruntū scito q̄ si ep̄i & domini sapientes sunt carnali sapientia deus sapiētiōr est illis etiā spūaliter q̄ exaltat humiles & nō approbat superbiētes. In fine etiā capituli. viii. p̄dicti tertii libri. Ipsa Regina celi sic dicit. Pusilli intrabunt celū magni aut stabūt foris quoniam parata est angustia. In predicti etiā uerbis euangelii. i. In illo tpe Respondēs Iesus dixit. Confitebor tibi zc. Respondet etiā dominus quoniam eoz qui nūc frequēter querūt Cur ipse dñs locutus est cū scā Birgitta muliere ideota & non cū uiris doctis & magnis. Dicit ergo dominus sic. Confiteor tibi domine pater zc. i. ad gloriā tuā declaro q̄a abscondisti hec uidelicet misteria occulta & secreta celestia p̄dicte domine reuelata a sapientibus & prudentibus. i. in sua sapientia humana cōfidentibus & supbia inflatis. Et reuelasti ea paruulis. i. puule capiēdo plurale pro singulare sicut frequēter fit in sacra scriptura & ecōuerso. Vocat autē Sancta Birgitta puula p̄pter magnā eius humilitatē quā habuit dum hic in mūdo uiueret de qua & inferius sub isto festo suis locis dicit. Quod aut occulta misteria & secreta celestia a mūdi sapientibus abscondita eis sunt reuelata hoc testat sancta mater ecclesia que orādo ad deū patrem in officio missę huius festi sic dicit. Domine deus n̄r q̄ scdm magnā misericordiā tuā scē Birgitte tantā dedisti gratiā ut ei per unigenitū filiū tuum dominū Iesum Christū secreta celestia & occulta misteria a mundi sapientibus abscondita reuelares & cetera. Propter ut etiā ostensum fuit in plogo huius opis capitulo. viii. Quare autem ei tanta misteria reuelata sunt & non aliis

hoc ostendit dominus cum in presenti euangelio subi-
diē. Quoniam sic placitū fuit ante te. Ac si diceret. Sic pla-
cuit tibi hec et hec fuit uolūtas tua que pro ratione uni-
cuique sufficiat. Hinc & Christus dicit in libro ad reges
capitulo. li. ad dominum Karolū quartum imperatorem
alemanie cuius sedes in Praga fuit. Significo tibi ego ue-
ra lux que te ascendere feci ad sedē impialem quia ego quia
sic placet mihi loquor cum una femina uerba iusticie
mee & misericordie. Suscipe igitur illa uerba libroz que
ipsa mulier scripsit de ore meo & perscrutare illa & labo-
ra ut iusticia mea timeat & misericordia mea discrete
desideret etc. Similiter in reglā sua ipse dominus & sal-
uator noster capitulo. xxx. ubi agit de papa Urbano
v. de quo & in prologo huius operis dictum est capitulo.
ix. & .x. sic dicit. Ego sine principio sum & sine fine et
omnia secundum uoluntatem meā ordinaui & sicut
mihi placuit omnia feci. Vnde si quis interrogaret quare
non prius creauit celum & terrā et omnia que in eis sunt
Respondendū est quia sic fuit uoluntas mea. Similiter
si quereretur quare non prius istam regulā dedi aut eam
confirmari uolui. Respondendū est quia sic uolui. Non
ne dicit scriptura Spiritus ubi uult spirat. De ista regu-
la etiam post festum pasce capitulo. xi. Et de ea etiam
inferius dicitur capitulo. xxxi. Ad predicta etiam faci-
unt ea que habentur in libro secundo celestis libri capi-
tulo. xvi. ubi dominus ad sponsam sic dicit. Mirantur
multi cur tecum loquor et non cum aliis qui meliorem
habent uitam et longiori tempore mihi seruerunt. Qui-
bus per exemplū respondeo. Est dominus qui habet
plures uineas & in pluribus terrarum locis. Et uniuscu-
iusque uinee uinum sapit de terra illa in qua plantatū est.
Cum ergo uinum expressum fuerit dominus uinearū
quādoque bibit de uino mediocri & leuiori & non de me-

liori. quia si forte aliquis uidentium & astantium dixit sic
domine cur sic uoluerit facere. Respondebit dominus
quia hoc uinum magis sapuit sibi & dulcius fuit tunc
temporis. nec ideo dominus meliora uina effundit &
contempnit. sed & illa ad honorem & utilitatem suam
tempore congruo reseruat unūquodque ad quod tunc est
aptum. sic ego feci tibi. Ego multos habeo amicos quo-
rum uita est dulcior mihi melle. delectabilior omni ui-
no. lucidior in conspectu meo sole. Attamen quia sic mi-
hi placuit elegi te in spiritum meum. non quia illis es me-
lior aut comparanda uel meritis eorum dignior. sed quia
sic uolui qui de insipientibus facio sapientes. & de pec-
catoribus iustos. nec quia tecum talem gratiā feci. Ideo
eos contempno sed magis ad aliam meam utilitatem et ho-
nore prout tunc iusticia exigit reseruabo. Ideo humilia-
te in omnibus et non turberis nisi de peccatis tuis. Dilige
etiam omnes qui te odire uidentur & tibi detrabere quia
ipsi maiorem occasionem dant tibi ad coronam. Hec
dominus de eodem.

Capitulum. iij.

Circa festum autem istud sancte Birgite quod
celebratur in crastino sancte marie magdalene
totum duplex quatuor per ordinem sunt uiden-
da. Primo enim quia ipsa multas habuit reuelationes di-
uinas. Videndum est aliquid de reuelationibus & earū
dem generibus. & quibus modis ipsa sancta Birgitta suas
habuit reuelationes. Secundo uidendum est de causa
reuelationum suarum qua scilicet de causa uel propter
quod ei facte sunt. Tertio uero uidendum est de qualitate ip-
sius domine Birgite & de uita eius. Quarto autem uiden-
dum est de miraculis eius aliquibus que deus post mor-
tem eius ad laudem ipsius operari dignatus est ad publi-
candum quod ipsa de spiritu sancto uiuens locuta est & non p-

ego amabam meum. qd sapientia

et nunc amo

fictionem propriam aut alterius uel per immissionem
diabolicam Deus enim non est testis falsitatis sed ueri-
tatis.

**¶ De eodem Capitulum
quartum.**

Quantum autem ad primum sciendum quod gratia
prophetie seu gratia reuelationum non solum
competit uiris sed etiam mulieribus uel saltem
competere potest. Gratia autem sermonis non sed solum
modo uiris. Quia ut dicit sanctus Thomas in secunda
secunde. q. clxxvii. articulo. ii. Gratia prophetie attendi-
tur secundum mentem illuminatiuam a deo ex qua parte non
est in hominibus sexuum differentia. Secundum illud ad Col-
lo. iii. Induētes nouum hominem qui renouatur secundum
ymaginem eius qui creauit eum. Ibi non est masculus
& femina. Sed gratia sermonis pertinet ad instructionem
hominum inter quos differentia sexuum inuenitur. In-
structio autem hominum saltem in facie ecclesie non
pertinet ad sexum femineum sed ad uirilem prout etiam
dictum fuit in ista secunda parte sub festo sancti Ste-
phani capitulo. v. Et ideo etiam dicit Apostolus ad Co-
rinto. Mulieres in ecclesiis tacebunt. Et ad Thimotheum
docere mulieri non permitto. quarum auctoritatum in-
tellectus patuit in predicto capitulo. ii. Patet autem ex
hiis quod fatue agunt qui ad deprimendas reuelationes hu-
ius electe sponse dei excludunt sexum femineum a gra-
tia reuelationum cum tamen multe mulieres inueniun-
tur in sacra scriptura gratia reuelationum & spiritu pro-
phetico dotate. Nunquid non maria soror aron iudith

31
& Hester spiritu prophetie dotate fuerunt. Nunquid
per oldam mulierem prophetissam rex iosias in agendis
directus est. Nonne recordaris Delbora prophetissa que
rexit populum israhel Anna quoque mater samuelis Agar
& uxor manue mater Sampsonis & alie femine in uete-
ri testamento prophetie spiritum habuerunt in nouo
etiam testamento Anna phanuel filia prophetizauit & Eli-
sabeth zacharie beata Lucia ut habetur in libris suis.
Sybilla tyburtina Sybilla ericlea. & quatuor filie philip-
pi. De quibus habetur actuum. xxi. Et sancta Hildegar-
dis & multe alie de quibus in libris sacre scripture &
sanctorum copiam magnam inuenies. Iohelis etiam. ii.
dicit dominus in nouissimis temporibus effundam spi-
ritum meum super seruos & ancillas meas & prophe-
tabunt. Et habetur etiam hoc transumptiue Actuum
.ii. Illi etiam qui reproban reuelationes huius electe spon-
se sancte Birgitte non sunt uera membra ecclesie quia
non habent unam fidem cum ecclesia. quia ipsa sancta
mater ecclesia confitetur in officio misse huius diei ei
esse reuelata occulta misteria & secreta celestia per do-
minum nostrum Ihesum Christum prout patuit in ca-
pitulo. ii. non longe a fine. Vocat etiam eam in prosa
eiusdem misse reuelatricem secretorum celestium. Ab
hac autem fide & confessione ecclesie predicti dissen-
tiunt. & ergo probantur non esse uera ecclesie membra
Qui autem ecclesie non credunt in suis ueris constitu-
tionibus saluari nullomodo poterunt qui ergo saluari
desiderant necesse habent credere reuelationes sepe di-
cte domine sancte a deo & non a dyabolo processisse.
Ut etiam Cardinales & multi prelati ecclesiarum in pro-
cessu canonizationis eius probarunt. & coram com-
missariis summorum pontificum scilicet Gregorii un-
decimi & Urbani sexti confessi sunt. Testatur etiam hoc

Bonifacius papa in **B**ulla canonizatiōis eius que pone-
tur inferius sub festo canonizationis eius sancte **B**irgit
te capitulo. ix. Sciendum autem q̄ sicut dicitur in libro
de articulis fidei articulo. viii. Et etiā per **L**ynam in pro-
logo super librum psalmorum q̄ hoc nomē reuelatio
aut etiā prophetia etiā quantum ad propositum re-
cipitur pro manifestatiōe alicuius qd̄ est supra huma-
nam noticiā & facultatem existens quod quidez ma-
nifestatur in lumine supernaturali. Aliquid autē potest
esse super facultatem cognitionis nostre tripliciter scili-
cet uel propter eius eminentiā uel sui latētiā aut eius
distantiā. Exemplum de primo ut sunt distinctiones
& proprietates ac emanatiōes trium personarum in di-
uinis. & tales sunt reuelatiōes ille de sancta trinitate que
habentur in prima parte sub festo trinitatis. capitulo se-
cundo & tertio. Exemplum de secundo sicut sunt cordi-
um secreta. hoc enim solius est dēi per se cognoscere &
cui uoluerit reuelare. primo Regum. xv. Nomō uidet
que parent deus autem intuetur cor. Tales autem reue-
lationes multe facte sunt sancte Birgitte. ut probatur in
processu canonizationis eius. Et patebit etiā inferius
in uita eius sub isto festo in multis locis. Et hoc etiā
testatur magister **M**athias de **C**raKoia in p̄positione
sua quam fecit coram **V**rbano. vi. in Ianua pro canoni-
zatione sancte Birgitte. prout etiā patuit in prologo
huius operis capitulo. x. Exemplum de tertio **M**oyles
de preterito multum distante scilicet de creatione mun-
di & de futuro sicut alii prophete cōmuniter habuerūt
reuelatiōem. & similiter sancta Birgitta. similiter utroq̄
modo habuit reuelationem. Nam de creatione rerum
multa ei reuelata sunt prout patuit i prima parte sub na-
tiuitate christi. capitulo. iii. Et sub lxx. capitulo primo
& secundo. Et in ista secunda parte sub festo conceptio-

nis Marię capitulo. v. & vii. & viii. De futuris etiā mul-
tas habuit reuelationes que iam pro parte sunt impleta
prout probatur in processu canonizationis eius. Et pro
ut etiā testatur **B**onifacius papa in supradicta Bulla sua
uidelicet de regno **C**yprī & de aliis multis prout etiā
inferius patebit sub presenti festo. Et adhuc alia adim-
plenda in futuro cum gemitu expectamus. ut patet ex
dictis in ista secūda parte sub festo sancti **G**eorgii mar-
tiris capitulo. x. Et sub festo purificatiōis capitulo secū-
do. Item sciendum q̄ in reuelatione prophetica specia-
liter tria fiunt prout patet in libris superius tactis. Nam
primo fit ibi rei reuelande quedā similitudinis impres-
se noticia secundo uisionem per intellectus fit illustratio
Tertio tunc fit illius quod per similitudinem significa-
tur in lumine supernaturali manifestatio. primum horū
fit ab angelo eo quod habeat potestatem super uim yma-
ginatiuam & sensitiuam. Secundum fit a spiritu sancto
principāliter & potest fieri ab angelo sensuario & mini-
sterialiter. Tertium uero solum & immediate a spiritu
sancto. eo quod solus deus habet potestatem super in-
tellectū nostrum ut eum illuminet & ei ueritatem ostē-
dat. sicut patet per **A**ugustinum in libro de unico ma-
gistro. Et ad idem Iob. xxxii. dicitur inspiratio omnipo-
tentis dat intelligentiam. Ad hoc etiā uidetur facere
quod habet in. vi. libro cele. li. capitulo. lii. in fine. Cum
enim sponsa rapta in extasim uidisset tres mulieres qua-
rum una erat in inferno. secunda in mundo adhuc ui-
uens. Tertia i purgatorio audiuiissetq̄ eas inter se loque-
tes. Ipsa de hoc multum mirabatur q̄ scilicet ipsa illas
a se distantes posset insimul audire. & ideo ad eam ipsa uirginē
Mariam in celo existentem. & ideo ad eam ipsa uirgo
Maria sic loquebatur. Tu miraris quomodo ego que
sum regina celi facio & illa mulier que uiuit in mūdo

Et illa anima que est in purgatorio. & alia que est in inferno loquuntur tibi simul. **H**oc enim benedicam tibi Ego enim nunquam recedo de celis quia nunquam separabor a uisione dei. **N**ec anima que est in inferno separabitur a penis. **N**ec illa anima a purgatorio antequam purgata sit. **N**ec tu uenies ad nos ante separationem corporalis uite. Sed anima tua cum intelligentia tua uirtute spiritus dei eleuatur ad audiendum uerba dei in celis. **E**t permittitur tibi scire aliquas penas in inferno & purgatorio malis in cautelam. bonis uero in consolationem & profectum. **V**erumtamen scias quod corpus tuum & anima tua coniuncta sunt in terris. **S**ed spiritus sanctus dat intelligentiam tibi qui est in celis ad intelligendum eius uoluntatem. hec illa scilicet mater dei. **E**t ergo dicitur in libro de articulis fidei. **N**ecessesse est namque intellectum eleuari super se ut possit percipere diuina & ea que suam excedunt facultatem. **Q**uando autem talis eleuatio mentalis fiebat in sancta **B**irgitta ipsa ostendit in predicto capitulo sexti libri cele. li. ubi ipsa in raptu sic loquebatur ad **C**hristum circa principium capitulo. **O** dulcissime deus mirabile omnibus audientibus est illud quod tu mecum fecisti. nam quando tibi placet sopis corpus meum non sopore corporali sed quadam quiete spirituali. **A**nimam autem meam quasi a sompno excitas ad uidendum & audiendum atque sentiendum spiritualiter etc. **D**e ista autem materia habetur in quarto libro cele. li. capitulo. lxxvii. **A**d predicta etiam facit hoc quod habetur **D**anielis. ii. **E**st deus in celo reuelans misteria. **E**t. i. **C**orinth. ii. **N**obis autem reuelabit deus per spiritum sanctum. **S**piritus enim scrutatur omnia etiam profunda. **C**ognitio ergo prophetica non potest esse a naturali noticia sed solum a reuelatione diuina **S**cda Petri. i. **N**on enim uoluntate humana legata est quandoque

33
prophetia sed spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti dei omnes. **E**x hiis ergo patet quod omnis reuelatio proprie dicta sit immediate a spiritu sancto effectiue. licet aliquando sit ab angelo tanquam a ministro **V**nde **D**anielis. ix. dicitur **A**ngelus dixisse. ueni docebo te intelligere uisionem. **E**t hoc fecit tanquam nuncius & minister. non autem tanquam intellectum eius illuminans. **E**t ratio huius est quia ut dicitur in predicto libro de articulis fidei articulo. viii. quia cum futura contingentia habeant tantummodo rationem sue precognitionis in uerbo eterno. **H**inc est quod nulla creatura potest illa per se reuelare sed bene ministerialiter illa manifestat instructa a deo. **V**nde **A**pocalip. ut habetur in eius prologo tota trinitas reuelabit **C**hristo homini per modum efficientis. & ille reuelauit non secundum humanam naturam sed diuinam angelo etiam per modum efficientis. **A**ngelus uero reuelauit **I**ohanni per modum ministerii. **V**ltterius est aduertendum quod ut ex dictis patet in reuelatis debet esse cognitio intellectiua. quia ibi fit illuminatio intellectus per lumen supernaturale. **N**am qui non intelligeret uisionem non haberet reuelationem prophetica. **I**deo dicitur **D**anielis. x. **I**ntelligentia opus est in uisione. **U**bi ergo clarius intellectus ibi est reuelationis altior gradus dum tamen limites prophetie non transcendat ut dicitur ibi supra de tribus generibus reuelationum.

Capitulum quintum.

Et quoque hic sciendum quod **A**ugustinus in libro duodetimo super **G**en. ad litteram. **E**t **I**eronimus in prologo **A**pocalip. **E**t **H**ugo in libro de perfectibus religiosorum tria principalia genera uisionum

seu reuelationum describunt scilicet **C**orporale **S**pirituale & Intellectuale. Visio autem corporalis uel sensibilis est quando corporalibus oculis aliud uidemus uel **q**uando corporaliter aliqua ostenduntur ut fuit uisio **M**oyfi qua uidit rubum ardere & ad hanc uisionem potest referri quorumlibet sensuum experientia. **S**piritualis uero seu ymaginaria uisio dicitur cum uidelicet dormientes uel uigilantes in spiritu non res sed ymagines rerum cernimus quibus aliquid aliud significatur. Exemplum de primo sicut uidit **P**harao spicas & **N**abuchodonosor statuam ac **I**acob patriarcha dominum innixum scansiones suas & alij prophete & **I**ohannes ea que habent in **A**pocalipsi. **Q**uod autem **I**ohannes ea que in **A**pocalipsi habentur isto modo scilicet spiritali & ymaginaria uidit patet per **A**ugustinum in libro de cognitione uere uite capitulo xxx. Et similiter dominus dicit in libro reuelationum extrauagan capitulo lxxxiij. Et patuit etiam in prima parte sub dominica tertia post octauas **E**piphanie capitulo secundo ubi agitur de septem tonitruis de quibus habetur **A**pocalipsi decimo capitulo dicit ergo dominus sic **I**ohannes ex inspiratione mea uidit futura ecclesie pericula sub speciebus corporalibus &c. Intellectualis autem uisio est quando uidelicet spiritu sancto reuelante intellectu mentis ueritatem misteriorum sicut est capiamus ita quod neque res exterius neque ymagines rerum interius sed ipsas sententias prout uere sunt abstractis coloribus intellectu conspiciamus. **E**t uniuscuiusque qualitatem inter se differentem discernimus & istud tertium genus uidendi uocatur tertium celum in quod **A**postolus dicitur raptus ubi uidit inuisibilia & audiuit uerba ineffabilia ut patet per **A**ugustinum in libro de cognitione uere uite capitulo prealle

34
gato. **P**rimum autem genus uisionum seu reuelationum scilicet corporale non multum tangit materiam uisionum scilicet corporale quia ipsa paucis uicibus habuit hoc modo uisiones. **E**t quando uidit gloriosam dei matrem & eius filium corporalibus oculis scilicet quando erat puella. **V**idit enim altare & matrem dei super illud sedentem que uocauit eam & imposuit ei coronam prout etiam patebit inferius capitulo xii. Et iterum quando perclitabatur in partu mater dei intrauit ad eam & uidentibus dominabus cunctis que aderant tetigit membra eius & statim liberata est prout etiam patebit inferius capitulo xiii. **E**t iterum quando uidit ignem descendere de celo super altare & in manu presbiteri celebrantis hostiam & in ea agnum & faciem hominis in agno & agnum in facie. Et iterum uidit in manu presbiteri in hostia infantem uiuum qui signando astantes signo crucis dixit. Benedico uos astantes non credentibus ero iudex. **P**rouit patuit in prima parte sub festo Penthecosten capitulo iiii. **C**um etiam ipsa ageretur in extremis uidit iterum corporaliter **C**hristum eam consolantem. **U**t habet etiam in processu canonizationis ipsius & patebit inferius sub capitulo xxxxi. Talis enim uisio ut dicitur in prologo libri ad reges capitulo v. **C**redendum est quod ab ipso **C**hristo eidem sponse sue spiritus sancti misterio in eius consolationem fuerit ostensa & non a maligno spiritu illusore ministrata. Et hoc patet clare quia ipse dominus **I**esus christus predixerat ei diem exitus sui quinque diebus antequam ipsa exspiraret precipiens ei sacramenta ecclesie suscipere. **E**t de factis suis & monasterii sui aliqua per eum tunc reuelata disponendo ordinare. **Q**uod preceptum in fine uite diabolus ei non dedisset si illa uisio diabolica extitisset. **P**robatur etiam quod ista uisio fuit a deo ex eo quod in illo extremo puncto uite

ipsam communionem sanctam & extremam unctionem presentibus personis multis deuote recepit. Qui/ bus susceptis Et ipsum Christum corporalibus oculis tunc/ cam consolante uidit Et in eius manibus spiritum humani/ liter commendando exspirauit. In hoc tamen modo ui/ dendi uisiones .s. corporaliter non figo pro nunc pedem/ quia ipsa sancta Birgitta paucis uicibus uisiones uide/ bat corporalibus oculis hoc tamen modo reuelatus sibi/ fuit angelicus sermo in Roma .put patuit etiam superius/ in ista pte sub festo purificationis capitulo .v. in princi/ pio. Et sub festo Conceptionis capitulo .iiii. De secundo/ aut genere uidendi uisiones .s. spiritualiter seu imaginarie/ dormientiū non loqr q̄ ista somnia suspectissima repu/ tant in libro quarto dialog. capitulo .xxxviii. put etiam/ patuit in prima pte in .xl. feria sexta post Reminiscere/ capitulo pmo. Quia uero aliquā somnia sunt uera & bo/ na ideo ostendit ibidem Christus quod liter se homo tenere debet/ in somniis. Tali etiam modo dormiendo uidit etiam sancta Bir/ gitta cum adhuc puella esset semel Christum quasi tunc te/ poris crucifixum prout inferius patebit capitulo .xii. Et/ ab illa hora semper affecta fuit cordialiter ad passionem/ christi nec talis uisio somnialis tangit materiam presentem quia/ ipsa domina quasi omnes uisiones suas uidit uel habuit in/ oratione uigilando & non dormiendo ut etiam in multis capi/ tulis libri celestis & libri ad reges & libri reuelationum ex/ trauag. & regule saluatoris euidenter patet. In his .n. libris/ nullum somnium ponit uel uisio que ei dormiendo sancta fuisse/ set licet in legenda uite eius bene aliqui tales ponunt put in/ ferius patebit sub isto festo. Sed ueniendo ad istam secundam spe/ cie de qua predicti .s. ad uisionem spiritalem seu imaginariam ui/ gilantiū quod tangit materiam nostram est sciendum quod hec spe/ cies uocat spiritualis quia talis uisio uel reuelatio fit ab intra/ in spiritu & non ab extra in corpore. Sed uocat imaginaria ex

eo quod fit imaginibus uel formis aut in similitudinibus rerum cor/ poraliū quia anima non potest intelligere nisi per fantasmata. Et ergo dicit philosophus in .iii. de anima. Intelligentibus no/ bis necesse est nos fantasmata spectari. Ista autem secunda/ species uariatur duobus modis. Primus modus est quod ali/ quā audiat aliquam uox & nulla persona uidetur quod uox instruit/ hominem de occultis & supernaturalibus. Sic Samuel au/ diuit uocem domini loquentis sibi primo respondit secundo & nemi/ nem uidit. Et tali modo sancta Birgitta multas habuit reue/ lationes. Et talium reuelationum principia incipiunt Chri/ stus loquitur uel mater dei loquitur &c. Secundus autem modus/ est quod non solum audiat uox instruens sed etiam cum hoc uide/ tur persona loquens. Et hic modus uel gradus est altior quam/ primus. Et uariatur hic modus tripliciter quia persona appa/rens aliquā est homo sanctus Ita Onias apparuit iudeo Ma/ chabeo prout patet secundo machabeorum .xv. Ostendens ei le/ remiam prophetam & dicens ei. Hic est qui multum orat pro po/ pulo & ciuitate ista Ierusalem. Et hoc modo etiam sancta Birgit/ ta multas habuit reuelationes quia multi sancti ei appa/ ruerunt prout patet in libris predictis. Et patet etiam & ad hoc/ patebit in isto opere. Aliquā uero persona apparet angelus sanctus ut Luce primo de gabriele qui appuit zacharia/ rie & etiam Marie. & hoc modo etiam habuit sancta Birgitta re/ uelationes diuinas in quibus aliquā unus angelus aliquā plu/ res ei appuerunt. Aliquā etiam apparet effigies representans/ deum ut Isaie .vi. dixit Isaias. Vidi dominum sedentem super so/ lium excelsum &c. Et isto tercio modo sancta Birgitta etiam/ multas habuit reuelationes in quibus uidit Christum in ce/ lo in soli ex celso inter sanctos suos tanquam imperato/ rem sedentem in magna claritate & gloria prout pa/ tuit in prima parte in multis locis. Et specialiter in pri/ mo capitulo aduentus in fine capituli. Et etiam sub do/ minica prima quadrage. capitulo tercio Vbi agitur de

quodam rege Suecie. Et in fine eiusdem prime partis
sub dedicatione templi capitulo .viii. Vbi agitur de re
gno Cypri. Et similiter in ista secunda parte sub festo
conceptionis capitulo .xxvi. Vbi agitur de iudicio cu
iusdam agonizantis. Et in multis aliis capitulis prime
& istius secunde partis. Habuit etiam ipsa unam reue
lationem in qua uidit Christum & matrem eius omnes
angelos omnes sanctos. & omnes animas beatas in celo
existentes ac etiam loca adhuc uacua in celo que adhuc
replenda sunt ante nouissimum diem. Et ista uisio inclu
dit in se predictos tres gradus. Et patebit inferius sub fe
sto omnium sanctorum capitulo .v. Predicti autem gra
dus habent se hoc ordine quod posterior est precedentibus
excellenter & secundus primo. Sciendum autem est hic
quod in ista specie uidendi aperitur intellectus prophete
& infunditur sibi lumen supernaturale & inflammatio
diuine caritatis. Ita quod totus incenditur in anima ad amo
rem diuinum & supernorum. Et per hoc propheta scit
se certissime habere illam uisionem a deo quam tunc ha
bet uel uidit & non a diabolus uel a proprii sensus fic
tione. Alias enim dubium posset ei oriri in tali uisione
Quia diabolus ex permissione dei potest formare in
fantasia uel in uirtutis imaginatiua aliquam uisionem
ad decipiendum hominem etiam uigilante homine
ut crederet se habere aliquam uisionem a deo. De ista
secunda specie uidendi. Et hoc potest permittere deus
propter aliqua peccata hominis scilicet superbiam uel
alia peccata. Potest etiam causari aliquam uisionem in homine
etiam ex debilitate capitis & cerebri ita ut sibi appare
at quod aliqua uideat cum tamen in re nihil sit. Hinc autem
est quod dixit Ieremias propheta. In ueritate misit me
dominus ad uos ut loquerer in aures uestras omnia uerba
hec &c. Ieremie .xxvi. Et secundum predicta intelligendum

36
est dictum sancti Tho. in secunda secunde. q. clxxi. articulo quin
to. Vbi sic dicit. De hiis que expresse per spiritum pro
phetie propheta cognoscit maximam certitudinem ha
bet. & pro certo habet quod hec sunt sibi diuinitus reuela
ta. Et de hoc etiam uide in prima parte sub die parasce
ues capitulo .v. De tertio autem genere uidendi quod
intellectuale uocatur sciendum quod in isto modo uiden
di etiam aperitur intellectus hominis. sed hic uidet ho
mo reuelata sibi prout sunt in se sine omni similitudi
ne corporali. & hoc fit secundum Richardum super Apo
calip. quando spiritus humanus per intrinsecam inspirati
onem suauiter tangitur & nullarum rerum sensibilibus
figuris mediantibus spiritualiter erigitur ad celestium
contemplationem. & iste gradus secundum omnes doctores
de reuelationibus loquentium est excellentissimus. Se
cundum quem etiam Dauid occulta misteria sunt reuela
ta. ut dicit Lyra in prologo super librum psalmorum
Isto autem modo uidendi habuit sponsa constitutiones
regule sancti Saluatoris de quarum reuelatione ipsa sic
loquitur. prout patet in eadem regula capitulo .xxvii. De
us omnium rerum creator benedictus ore suo omnia
uerba istius regule tam mirabiliter & in tam breui tem
pore mihi indigne persone retulit quod alicui homini non
sufficio enarrare. Nec quidem possibile alicui sine simi
litudine corporali comprehendere qualiter in breuissi
ma hora tot uerba proferri possent uel capi. Vnde sicut
si in aliquo uase res preciose multe & diuerse haberentur
que dum de ipso uase insimul effunderentur tunc ab
aliquo hoc uidente in uno momento unaqueque res ab
alia discerneretur tanto etiam tempore res ille coram il
lo morarentur ut unamquamque per se in sinum suum
colligere posset. Et subdit sponsa capitulo .xxviii. sic di
cens Simili modo statim quando Christus apparuit mihi

& sua benedicta labia aperuit & loqui cepit. **C**onfestim
in breuissima hora omnes articuli illius regule cū om-
nibus uerbis que in eis cōtinentur coram me erant nō
quali in aliqua cartā conscripta. sed quali modo hoc
fuit ille solus nouit a quo tam mirabiliter audiebantur
ex cuius mirifica uirtute cōprehendi poterunt & unū/
quodq; ab altero a sensu meo discerni. **T**anto denique
tempore in illa uisione morabar donec omnia collegi
in memorie mee sinum cooperāte gratia christi. Post
hanc autem uisiōem tanto erat cor meum feruore & iu-
bilo repletum q̄ non posset in illud plus intrare si debe-
rem amplius uiuere sed rumpere pre gaudio licet pbe-
fica plena nimis aliquo uento sic utiq; cor meū erat per
aliq̄ dies donec omnes regule articulos & uerba que
in eis continentur cuidā uiro religioso amico dei enar-
raui que omnia quamcūq; conscripsit. **Q**uibus plene
conscrip̄tis cor & corpus meum in naturalem disposi-
tiōem ceperunt paulatim se redire laus & gloria sit om-
nipotenti deo. hec illa. Ex predictis ergo uerbis patere
potest q̄ uerba istius regule que continentur in xxxiii.
capitulis fuerunt sponse per intellectualem uisionem re-
uelata. Reuelatio autem que tali modo fit non potest
comprehēdi etiam ab homine cui sit diuinitus postq̄
ab illa ad se redierit. **H**omo enim propria uirtute relic-
tus non potest intelligere nisi per fantasmatā. & per simi-
litudines rerum corporalium que similitudines in hoc
modo uidendi locum non habent. Et si non potest intel-
lectu comprehēdi ut erat in se tunc minus potest ligua-
effari. **D**e predicta uero regula etiam dictum fuit supe-
rius in capitulo. ii. presentis festi. **D**e ea loquitur etiam
magister Mathias de Cracouia in propositiōe sua quā
fecit in lanua coram Urbano. vi. pro canonizatione do-
mine Birgite. **C**um enim ibi plura de reuelationibus

32
eius pro confirmatione & defensione earum allegare
postea dirigens sermonem suum ad ipsum papam sic
ait Sed ducamus in altum rethē. Nōne regulam quam
sibi reuelatam dixit a xp̄o super mirabili & inaudito tē-
poribus nostris modo. **Q**uam dominus Gregorius se-
licis recordationis predecessor uester Et demum sanc-
titas uestra exactissimo cōmisit examini. Et demū eam
utpote rationabilem salubrem & bonam immodum
constitutam approbavit & nouam religionem institu-
ens monasteriū per ipsam beatā Birgittā fundatū & do-
tatū in quo sed eas uiuendū est cōfirmavit &c. hec ille.

**De Confirmatione de regu-
la Saluatoris.**

Utile autem arbitror ymo necessariū reor po-
nere hic confirmationē predicti pape sepe dic-
te regule propter eos qui detrāhere solent reue-
lationibus sancte Birgite factis & eas blasphemare qua-
tenus de blasphemā sua peniteant ne indignationē dei
incurrant & anathema uel excommunicationem papalem in-
cidant. **C**ōfirmatio autem ipsius regule talis est in teno-
re suo posita ante constitutiones ipsius regule. **U**rba-
nus Epus seruus seruorū dei ad perpetuam rei memori-
am hiis que pro diuini cultus augmento & religionis
propagatione provide ordinantur uel statuuntur liben-
ter prestamus assensum & eis ut illibata consistant & fir-
miter obseruentur cum illud a nobis humiliter exposci-
tur aplici muniminis adicimus firmitatē. Exhibita sig-
mulieris Katherine nate quondā uulphonis dñi loci de
uulphason **L**yncopenf. dyoc. petitio cōtinebat q̄ olim
quondā Birgitta de suetie ipsius Katherine mater q̄ dū
uixit in spiritu hūilitatis laudabilē uitā duxit monaste-
riū scē marie de uatstena ordinis sancti **A**ugust. dicte

dyocesis sub uocabulo sancti **S**aluatoris de bonis sibi
a deo collatis de licentia felicitis recordationis Urbani
pape quinti predecessoris nostri fundauit & constitui
fecit ac sufficienter dotauit. **E**t q̄ eadem Birgitta dum
uixit quasdam constitutiones circa modum uiuendi &
regularem obseruantiam tenendi in eodem monaste/
rio ex reuelatione diuina ut creditur fecit & ordinauit.
Quodq̄ postmodū dicta Birgitta uita functa pro par/
te ipsius Katherine humiliter supplicato pie memorie
Gregorio pape. xi. predecessoris nostro ut dictas con/
stitutiones approbare ac fundationem cōstructionem
& dotatiōem huiusmodi confirmare de speciali gratia
dignaret. Idem predecessor quibusdam prelati apud
sedem apostolicam constitutis commisit ut predictas
constitutiones examinarent & de fundatione. constru/
ctione & dotatione huiusmodi se plenarie informaret.
& ea que pro huiusmodi informatione reperirent eidē
predecessori referrent. **E**t subsequenter antequam in hu/
iusmodi approbationis uel confirmatiōis negotio pro/
cederet ulterius dicto **G**rego. p̄decessoris sicut domino
placuit ab hac luce subtracto nobisq̄ diuina fauēte cle/
mentia ad apicem summi apostolatus assumpto pro
parte dicte domine Katherine nobis extit humiliter su/
pplicatum ut fundationem & constructionem & do/
tationem prefatas confirmare Et constitutiones huiusmodi
approbare auctoritate aplīca de speciali gratia dignare/
mur. **N**os igitur dilecto filio nostro Elyzario tituli san/
cte Balbine presbitero Cardinali commisimus oraculo
uiue uocis & se de huiusmodi fundatione constructio/
ne & dotatiōe informaret ac dictas cōstitutōs diligēter
examinaret. Et si inueniret dictū monasteriū canonicē
fundatum constructū & sufficienter dotatū. Et dictas
constitutiones iustas & rationabiles fore fundationem

38
constructionem & dotationem huiusmodi auctoritate noi/
stra ratificaret & probaret. **E**t predictas constitutiones
declararet esse iustas & rationabiles Idemq̄ Cardinalis
super premissis debita informatione recepta & habito
super hoc consilio cum nonnullis aliis sancte Romane
ecclesie Cardinalibus & aliis prelati ac magistris in sa/
cra theologia & decretorum doctoribus fundationem
constructionem & dotationem predictas ratificauit &
approbauit ac declarauit prefatas constitutiones iustas
& rationabiles & nihil in eis contineri quod obuiet ca/
nonicis institutis prout in quibusdam litteris inde con/
fectis ipsius Cardinalis Sigillo munitis predictas consti/
tutiones de uerbo ad uerbum continentibus quarum
quidem tenorem litterarum inseri fecimus plenius con/
tinetur quare pro parte dicte Katherine nobis humili/
ter fuit supplicatum ut huiusmodi approbationem &
ratificationem ac declarationē eiusdem Elyzarii **C**ar/
dinalis auctoritate apostolica & ex certa scientia ac de
speciali gratia confirmare de benignitate apostolica di/
gnaremur. **N**os igitur huiusmodi supplicationibus in/
clinati approbationem ratificationem per eundem car/
dinalem ut prefertur factas ac oīa & singula in dictis lit/
teris contenta rata habentes & grata illa auctoritate apo/
stolica ex certa scientia confirmamus & presentis scrip/
ti patrocinio communimus. **N**ulli ergo homini liceat
hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei/
auso temerario contraire. **S**i quis autem hoc attempta/
re presumpserit indignationem omnipotentis dei & be/
atorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incur/
surus. **D**atū Rome apud sanctam Mariā in trāstiberim
tertio nonas decēbris. Pōtificatus nostri anno primo.
¶ De examinatione personarū reuela/
tiones habētium Capitulum septimū

*Alu. schenmanzaro
regle saluatore*

Utile etiam arbitror hic aliqua ponere de modo examinandi personas reuelationes se habere dicentes. quia examen ad hoc requiritur non enim sunt subito approbandi uel reprobandi tales persone. quia dicit Apostolus probate spiritus an ex deo sint. et iterum omnia probate quod bonum est tenete. Dico ergo quod duo ad eum requiruntur qui nititur dictas personas examinare discutere discernere et iuste iudicare. Primo enim requiritur ad eam quod habeat theoricam scientie sacre scripture in materia uisionum. de quibus dictum est in capitulo. iiii. & v. quam sancti patres & doctores subtiliter & lucide descriperunt. Secundo etiam debet habere practicam experientie uite spiritualis & sentimento-rium consolationum & uisionum mentalium spiritualiter aut intellectualiter sibi diuinitus infusorum. Quia autem communiter hodie in paucis personis predicta duo procheckboxolor inueniuntur. Ideo multi uelut ceci oberrantes per inuia in ista materia potius exobrupto ad condemnandum simplices & sanctas personas deo coniunctas conuertuntur quam ad perfecte discernendum & iuste approbandum ea que potius approbanda aut reprobanda forent. Nihil ratioabile in suis in prouidis iudiciis et subitaneis dictis seu potius detractionibus allegantes nisi quod angelus sathane sepe sub angeli lucis specie se subformat. Et proferunt in medium exempla aliarum spiritualium que preteritis temporibus in suis uisionibus deluse fuerunt a dyabulo inmemores tamen illorum qui per diuersas uisiones & infusiones a deo illuminati fuerunt. Et per illos ecclesiam dei et alios illustrauerunt & dixerunt condemnantes precipue simplices personas spirituales ydeotas & sexum femineum quasi

39
ignarum & leuis capacitatis & reputationis. Et ideo nondignum ad uisiones diuinas seu propheticas capescendas. non attendentes quod deus omnipotens tam in ueteri quam in nouo testamento ad ostendendum omnipotentiam suam sepe infirma mundi elegit sibi tam in femineo sexu quam masculino uel confundat sapientes. Nonne de pastore fecit prophetam et iuuenes ydeotas repleuit spiritu prophetie. Et nonne non doctores sed pastores et rudes homines elegit in apostolos qui spiritu sancto repleti sunt. Nunquid non & maria soror aaron ludibz et bether ac cetera mulieres de quibus in capitulo. iiii. dictum est spiritu prophetie dotate fuerunt. Et idcirco periculosum est ex inprouiso condemnare uel approbare spirituales uisiones et personas asserentes se diuinas uisiones habere antequam subtiliter examinentur per modum statim subiungendi. Vtrum ab illusione an spiritu ueritatis infuse siue ministrante sunt quia scimus quod Pharao non credidit moyli qui homo simplex erat quod deum uiderat. Et ideo eius uisione & dictis uel potius dei non credens induritia incredulitatis perstitit pertinaciter propter quod in mari rubro cum populo suo miserabiliter precipitatus est. Sic perierunt illi de tribu iuda & beniamin gladio peste & fame quia noluerunt credere. Ieremie et reuelationibus eius qui se a deo ad eos missum firmiter assererat. dicens in ueritate misit me dominus ad uos ut loquerer uerba hec in auribus uestris. Ieremie. xxxvi. Tali etiam modo illi de regno Suetie puniti sunt qui sancte Birgitte credere noluerunt quod ad eos a christo missa esset ut patet ex processu canonizationis eius. Et patebit inferius sub capitulo. xxi. huius festi. Item illi de regno Cyprie prout patet in eodem processu etiam inferius capitulo. xxxiii. Alii etiam fuerunt qui credebant

illusionibus dyaboli & ex hoc periculose corruerunt. Et exemplum huius uide in libro collationum sanctorum patrum Iohannis cassiani collatione. ii. capitulo. & uide hanc eandem cum multis similitudinibus. & in dyalogo sancti Grego. De hoc etiam habetur exemplum in .vi. libro cele. li. capitulo. lxxviii. Vbi. xps sic loquitur ad sponsam de quodam religioso sic dicens. Dico tibi de illo monacho de quo tu dubitas scias enim qd i patientia fecit eum relinquere suum monasterium primum z me dactiter intrauit secundum. & quia excoicatus uenit in ciuitatem meam Iherusalem. ideo illudi & decipi meruit quia erubuit esse monachus humilis & stare in uocatione ad quam uocatus fuit Audi ergo libros quos habet z inuenies in eis ambitionem z propriam laudem Nam legisti in libris suis qd Petrus & Paulus dixerunt eum esse dignum summo sacerdotio & qd fieret simul Papa & Imperator. & qd quando fuit necessitatus inuenit ad caput suum quosdam denarios aureos & quandam monetam incognitam z qd Michael archangelus apparuit ei in corpore cuiusdam mercatoris. Et quomodo ipse congrueauerat omnes precedentium prophetias Ideo scito qd omnia ista sunt a dyabulo qui illud eum propterea dic ei qd nec papa nec cesar fiet ymonisi cito redieret ad monasterium suum & steterit sicut monachus humilis morietur infra breuissimum tempus sicut apostata indignus communione sanctorum & consortio monachorum hec dominus. De isto etiam uide in prima parte sub dominica. xx.iii. post trinitatis caplo. iiii. Vbi agit de duplici moneta scilicet dei z dyaboli. Ibi enim agitur de uno religioso qui ut mihi uidetur ex circumstantie littere sit ille idem de quo hic dictum est propter predicta ergo consultum est uisiones & personas tales cum magna maturitate discutere ut possint etiam debi

te approbari uel reprobari. Ad examinationem autem talem tria requirunt. quia primo debet examinari qualitas persone habentis uisiones. Secundo modus uicendi tales uisiones. Tertio qualitas materie illarum uisionum. Circa primum autem sciendum qd sancti patres & doctores ecclesie dicunt qd persona uisiones uidens debet tali modo examinari si sit persona spiritalis an mundana & secularis An etiam uiuit sub disciplina & obedientia spiritali continua alicuius senioris spiritalis discreti uirtuosi & maturi catholici & experti uel an in proprio arbitrio & uoluntate. Item utrum temptationes suas & illas tales uisiones quas habet statim proposuerit examini & iudicio spiritalis patris sui uel aliorum discretorum patrum spiritalium cum humilitate timens illudi uel an eas occultauerit nulliusq; examini & iudicio eas supposuerit aut ex illis de se presumperit & se iactauerit uel se reputando alios despexerit. Item examinari debet utrum ab ista persona a qua uidentur uisiones resultent ueri actus & uirtutes obedientie humilitatis & caritatis & intente orationis. uel an procedant ab ea actus reputationis & iactantie aut superbie seu ostentationis aut elationis uel appetitus laudis humane aut negligentie orationis siue ambitio honoris aut dignitatis Item utrum ista persona apud uiros spirituales reputetur uera catholica fidelis & obediens prelati & rectoribus ecclesie uel an sit suspecta de fide uel de obedientia prelatorum & rectorum ecclesie ¶ Item utrum in uita spiritali uirtuose & in penitentia z in habendo frequentas uisiones humiliter & diu perseuerauerit. uel an in hoc sit recens & nouitia. Item an ista persona uidens uisiones habeat bonum intellectum naturalem uel spiritalem & uerum & discretum iudicium rationis z spiritus. uel an sit leuis intellectus uel subita uel fantasmata. dicit enim

Gregorius in dyalogo q̄ sancti uiri inter illusiones atq̄
reuelationes ipsas illusionum uoces aut ymages quo
dam intimo lapore discernant ut sciant uel quid a bo
no spiritu percipiant uel quid ab illusore patiantur. &
utrum ista persona fuerit alias examinata de materia z
modo uisionum per uiros litteratos & spirituales & ap
probata uel an non. hec sufficere uidentur quantum ad
examinationem persone. ¶ Quantum uero ad modū
uidendi & audiendi spiritualiter & recipiendi reuelat
iones seu uisiones. Dicunt sancti patres & ecclesie sanc
ti doctores q̄ debet examinari subtiliter. utrum ista per
sona uidens uisiones z audiens locutiones earum uidet
eas uigilando an dormiendo & sompniando. Et utrum
in uisione corporali uel in uisione ymaginaria & spiri
tuali uel utrum forte in uisione intellectuali supernatu
rali Et utrum in illo raptu mentali qui extasis uocatur
scilicet quando talia uidet senserit aliquam mentalem
supernaturalem dulcedinem amoris diuini uel an non
Et utrum tunc uidet & audit aliquem sibi misteria ali
qua loquentem aut diuinas doctrinas & spirituales de
monstrantem uel an non z in qua etiam specie tales ui
siones uidet. Et utrum tunc sentit illuminationem seu
quandam illustrationem supernaturalis luminis intelli
gentie manifestationis ueritatis diuine illius materie il
larum uisionum uel an non. ¶ De qualitate etiā & ma
teria ipsarum uisionum debet examinari. Vtrum scili
cet uisiones ille cōcordant cum diuina scriptura uel an
discrepant ab ea. Et utrum uisio illa sit ad humanorum
actuum uirtuosam directionem & salutem animarum.
uel an inducant in errorem Katholice fidei uel an indu
cat in aliquod monstrum & nouum uel aliquid quod
a ratione discordat aut a bonis uirtuosis & humilibus

41
moribus nos auertat. Et an iste uisiones semper uere sint
an aliquando mendaces & false scilicet q̄ illa que pre
dicunt aliquando sint uera aliquando non. Aut predi
cunt uel futuros homines aut diuitias aut laudes huma
nas an humilitatem in omnibus. An etiam inducunt
nos q̄ extollamur aut quod presumamus & fidamus
de aliquibus uirtutibus nostris an q̄ humiliemur. Item
utrum nos monent ad obediendum etiam pueris &
simplicibus & uirtuosis personis & prepositis nostris
an ad contrarium. Et causa breuitatis finaliter dico qd
ad perfectam examinationem faciendam in ista mate
ria tam de qualitate persone uidentis uisiones quam
de qualitate & modo uidendi quam etiam de qualitate
materie uisionum Et de modo discernendi spiritus qui
illas ostendunt infundunt seu ministrant utrum boni
spiritus an mali sint. Vide plenissime in libro primo ce
lestis libri capitulo quarto & liiii. Et in libro tertio eius
dem celestis libri capitulo decimo. Et in quarto libro
capitulo. xxiii. & tertio capitulo decimo. Et in sexto li
bro capitulo. lii. & lviii. Vbi sancta Birgitta a christo &
uirgine maria plene instruebatur de ista materia discer
nendi spiritus & uisiones & mentalia sentimenta. Re
uelationes autem ille que in pretactis locis habentur de
seruientes dicte materie posite sunt pro maiori parte in
prima parte scilicet sub quadragesima in sabato post
oculi capitulo quinto. ubi peccatum comparatur uene
no Et sub octaua pasche capitulo quarto & quinto. Et
sub dominica. xxiii. post Trinitatis capitulo quarto.
ubi agitur de duplici moneta. Et sub dedicatione tem
pli uel ecclesie in fine prime partis caplo. iiii. ubi ponit
reuelatio beate uirginis marie de reformatione & reno
uatione ecclie. Si autē ut predictū talis subtilis examina

Gregorius in dyalogo q̄ sancti uiri inter illusiones atq̄
reuelationes ipsas illusionum uoces aut ymagines quo
dam intimo lapore discernant ut sciant uel quid a bo
no spiritu percipiant uel quid ab illusore patiantur. &
utrum ista persona fuerit alias examinata de materia z
modo uisionum per uiros litteratos & spirituales & ap
probata uel an non. hec sufficere uidentur quantum ad
examinationem persone. ¶ Quantum uero ad modū
uidendi & audiendi spiritualiter & recipiendi reuela
tiones seu uisiones. Dicunt sancti patres & ecclesie sanc
ti doctores q̄ debet examinari subtiliter. utrum ista per
sona uidens uisiones z audiens locutiones earum uidet
eas uigilando an dormiendo & sompniando. Et utrum
in uisione corporali uel in uisione ymaginaria & spiri
tuali uel utrum forte in uisione intellectuali supernatu
rali. Et utrum in illo raptu mentali qui extasis uocatur
scilicet quando talia uidet senserit aliquam mentalem
supernaturalem dulcedinem amoris diuini uel an non
Et utrum tunc uidet & audit aliquem sibi misteria ali
qua loquentem aut diuinas doctrinas & spirituales de
monstrantem uel an non z in qua etiam specie tales ui
siones uidet. Et utrum tunc sentit illuminationem seu
quandam illustrationem supernaturalis luminis intelli
gentie manifestationis ueritatis diuine illius materie il
larum uisionum uel an non. ¶ De qualitate etiā & ma
teria ipsarum uisionum debet examinari. Vtrum scili
cet uisiones ille cōcordant cum diuina scriptura uel an
discrepant ab ea. Et utrum uisio illa sit ad humanorum
actuum uirtuosam directionem & salutem animarum.
uel an inducant in errorem Katholice fidei uel an indu
cat in aliquod monstrum & nouum uel aliquid quod
a ratione discordat aut a bonis uirtuosis & humilibus

moribus nos auertat. Et an iste uisioes semper uere sint
an aliquando mendaces & false scilicet q̄ illa que pre
dicunt aliquando sint uera aliquando non. Aut predi
cunt uel futuros homines aut diuitias aut laudes huma
nas an humilitatem in omnibus. An etiam inducunt
nos q̄ extollamur aut quod presumamus & fidamus
de aliquibus uirtutibus nostris an q̄ humiliemur. Item
utrum nos monent ad obediendum etiam pueris &
simplicibus & uirtuosis personis & prepositis nostris
an ad contrarium. Et causa breuitatis finaliter dico qd
ad perfectam examinationem faciendam in ista mate
ria tam de qualitate persone uidentis uisiones quam
de qualitate & modo uidendi quam etiam de qualitate
materie uisionum. Et de modo discernendi spiritus qui
illas ostendunt infundunt seu ministrant utrum boni
spiritus an mali sint. Vide plenissime in libro primo ce
lestis libri capitulo quarto & liiii. Et in libro tertio eius
dem celestis libri capitulo decimo. Et in quarto libro
capitulo. xxiii. & tertio capitulo decimo. Et in sexto li
bro capitulo. lii. & lviii. Vbi sancta Birgitta a christo &
uirgine maria plene instruebatur de ista materia discer
nendi spiritus & uisiones & mentalia sentimenta. Re
uelationes autem ille que in pretactis locis habentur de
seruientes dicte materie posite sunt pro maiori parte in
prima parte scilicet sub quadragesima in sabato post
oculi capitulo quinto. ubi peccatum comparatur uene
no. Et sub octaua pasche capitulo quarto & quinto. Et
sub dominica. xxiii. post Trinitatis capitulo quarto.
ubi agitur de duplici moneta. Et sub dedicatione tem
pli uel ecclesie in fine prime partis caplo. iiii. ubi ponit
reuelatio beate uirginis marie de reformatiōe & reno
uatiōe ecclie. Si autē ut predictū talis subtilis examina

natio non precessit error periculosus poterit euenire in
approbante uel reprobante indiscussis & ex obrupto ta-
lia uidentem & eius uisiones & reuelationes quia forte
iste subitus & indiscretus & ex obrupto approbans ta-
lem uidentem & eius uisiones recipiet falsa pro ueris &
uera ut falsa periculosissime reputabit & sic bone & ue-
re uisiones seu locutiones diuine respicientur & non cre-
dentur nec eis obediatur etiam si ueraciter a uoluntate
dei processerunt falsis uero illusionibus fides prestabit
& obedientia in dampnum uidentis indiscussis & ex in-
prouiso qd sepe contingit tam in ueteri testamento qua
in nouo & adhuc hodie error sepe contingit propter de-
fectum & maturitatem examinis ut dicitur in prologo
libri ad reges. Predicto autem modo fuit examinata san-
cta Birgitta ymo ipsa se exposuit examini unius magi-
stri qui uocabatur magister Mathias de suetia sacre theo-
logie professor. De quo etiam dictum est in principio hu-
ius sede partis. & in prima parte sub natiuitate dni capi-
tulo .v. & inferius de eo etiam dicitur capitulo .xiii. & ca-
pitulo .xxx. Hic autem cum tribus Episcopis & uno Abba-
te ualde religioso examinauit eam & sibi reuelata & de-
terminauit ac conclusit cum eis qd reuelata sua procede-
rent a spiritu sancto & non a spiritu dyabolico illulore.
in Neapoli etiam in presentia domini Bernhardi archi-
episcopi & trium magistrorum in theologia & aliorum
plurium militum & peritorum uirorum gracia reuela-
tionis huic sponse diuinitus gratis data fuit examinata
& approbata ymo quedam reuelatio quam tunc ipsa do-
mina eis presentauit per unum dictorum magistrorum
ex precepto domine regine & archiepiscopi coram toto po-
pulo ciuitatis ad hoc uocato specialiter fuit in ecclesia
Kathedralli publice & solempniter predicata. ut dicitur
in prologo libri ad reges caplo .vi. & de hoc etiam habet in

processu sepedicto. Magister etiam Matheus de Craco
uia facit de hoc mentionem in propositione sua prout
patuit in prologo huius operis capitulo .x. Et patebit etiam
inferius sub festo canonizationis sancte Birgitte capi-
tulo .iiii. Predicta autem reuelatio ponetur inferius sub
presenti festo capitulo .xxxiiii. De domino etiam Bern-
hardo Archiepiscopo uide inferius in capitulo .xxxvi.
Hic probatur per septem signa qd reuelationes sancte
Birgitte facte a spiritu sancto processerunt.

Capitulum Octauum.

Licet autem ista examinata & approbata sit gra-
tia reuelationum sancte Birgitte diuinitus data
nihilominus tamen ad maiorem euidenciam
& ut mordatius detractoribus & calumpniatoribus si-
lentium imponatur Et pie de hoc dubitantibus plena
satisfactio impendatur. Volo probare per dicta sacre scri-
pture & sanctorum patrum qd ista gratia sit a deo data
& infusa sancte Birgitte ad informationem & utilitate
totius corporis ecclesie & directionem omnium electo-
rum & non a spiritu maligno illusorie ministrata. & hoc
probo per septem signa seu rationes infra scriptas quibus
discernitur uisio boni spiritus ab illusionem dyabolica. &
hec signa ponuntur in prologo libri ad reges capitulo
vi. Primum signum certissimum est qd uisio sit diuina quando
scilicet illa persona uisiones uidens est realiter humilis
& uiuit sub obedientia & disciplina continua alicuius
patris spiritualis discreti senioris & experti in uita spiri-
tuali. Et quando non presumit de se ipsa persona uidens
nec extollitur nec se iactat nec appetit laudes humanas
nec occultat uisiones. Sed cum humilitate uera uiuens
omnes uisiones & temptationes suas statim detegit &

exponit humiliter examini & iudicio sui patris spiri-
tualis & aliorum seniorum patrum spiritualium Et tunc
ut approbata recipit que ille uel illi approbant & ut re-
probata repudeat illa que illi reprobata diffiniunt Ta-
lis enim anima non potest illudi. & de hoc est textus
clarus in libro collationum sanctorum patrum. Iohannis
Cassiani capitulo Et ut hanc eandem que loquitur de
illo monacho sub specie angeli lucis deluso a dyabulo
Et eadem collatione capitulo Tunc moyses. Vbi idem
Moyſes abbas de hoc loquitur in hec uerba Nullate-
nus enim inquit decipi quisque potest qui non suo iudi-
cio sed maiorum uiuit exemplo nec ualebit ignorantie
eius callidus hostis illudere qui uniuersas cogitationes
in corde nascentes pernitiola uerecundia nescit obrege-
re sed eas maturo examini seniorum uel reprobat uel ad-
mittit Illico namque ut patefacta fuerit cogitatio maligna
marcescit & antequam discretionis iudicium proferat serpens
deterrimus uelud a tenebroso subterraneo specu uirtu-
te confessionis protractus ad lucem & traductus quodam
modo ac debonestatus abstedit. Tam diu enim sugge-
stiones noxie dominantur in nobis quam diu celantur in cor-
de. hec ille. Igitur cum predicta domina Birgitta uiuebat
sub spirituali obedientia & doctrina patrum spiritualium
seniorum & uirtuosorum etc. Et habuit in se profundis-
simam humilitatem & omnes uisiones & temptationes suas
ac etiam alia facienda humiliter supposuit examini &
iudicio predictorum & etiam aliorum seniorum ut supradixi.
Ideo clare concluditur ex predicta determinatione illius
sancti patris moysi & aliorum patrum sanctorum quod omnia
sibi reuelata in libris suis processerunt a spiritu sancto &
non a dyabulo illusore. Et hoc est clarum & manifestum
signum apud homines uere spirituales & doctrina genera-
lis omnium ad euadendum temptationes diabolicas sug-

gestiones & illusiones. Secundum signum uisionis diuine in
quo non potest anima decipi est quando anima tempore quo
uidet uisiones sentit se tunc totam repleti & quodammodo
dulciter inebriari & inflammari igne infusionis & dul-
cedinis caritatis diuine Et quodam sapore interne dulce-
dinis amoris dei. Dico enim quod istam trinam caritatem &
dulcedinem amoris diuini quam dyabolus non habet nul-
lomo modo potest eam infundere in animam alicuius. Quia
nullus dat quod non habet. Et ideo concluditur qui talia
operatur in anima deus est presertim si tunc illa anima tota ro-
boratur & repletur illuminatione quadam firme credulita-
tis & obediencie & reuerencie fidei catholice & sancte ma-
tris ecclesie. & habetur in. iiii. li. cele. li. capitulo. lxxviii. prout
etiam patuit in fine prime partis sub dedicatione capitu-
lo. iiii. Vbi ponitur reuelatio beate uirginis de renouatio-
ne ecclesie. Probat etiam hoc pulchre per Hugonem de
sancto uictore in soliloquio de arta anime in fine totius tra-
ctatus Vbi anima loquitur ei dicens. hoc inquit ultimum
interrogationis mee suscipias quelo quid est istud quod in
eius recordatione me tangere solet & tam uehementer &
suauiter afficere ut iam tota quodammodo a meipso alie-
nata & nescio quo extrahi incipiam subito immutor bene
esse incipio ultra quam dicere sufficiam exhilaratur conscia in
obliuionem uenit preteritorum dolorum memoria exultat anima
clarefcit intellectus cor illuminatur desideria iocundantur
Cui anime ipsemet hugo sic pulchre unde deus ait Vere il-
le est dilectus tuus qui uilitat te. i. deus. Et ideo dicit be-
atus Anthonius. ualde late & pulchre docendo discipulos
suos discernere uisiones bonas ab illusionibus. ut habetur
in uitas patrum in libro. i. in legenda beati Anthonii Ibi
iam nunc ceteras nobis demonium explicabo fallacias
que & posui in uiridario religiosorum. libro. vi. capitulo.
o. clvi. Dicit etiam Gregorius in moralibus. li. xxviii.

capitulo.ii. Qd cum deus per semetipsum anime loqui
tur sola in nobis uis interne inspirationis aperitur quia
uirtus eius intima quadam dulcissima subleuatione co
gnoscutur zc. Et uide hoc clarius in libro.iiii. Capitulo
xxxviii. proximo preallegato. Et in libro alio cele. li. ca/
pitulo. iiii. prout etiam patuit superius in ista secunda
parte sub festo sancti Thome Apostoli capitulo. iiii. in
principio ipsius capituli. z in aliis capitulis libri cele. ca/
pitulo. iiii. prout etiam patuit ex superius preallegatis
Ex qbus probatur q omnia reuelata beate Birgitte que
istis libris continentur non ab illusore terribili sed a spi
ritu sancto consolatore suauissimo fuerunt ei ministra/
ta quod patet per istas allegationes supradictas. Et per
illa consolatoria que ipsa sentiebat tempore quo uisio/
nes uidebat & diuinas locutiones audiebat ut patet su/
pra per uerba eius que ibi continentur. Et etiam per illa
que etia continentur in. iiii. libro cele. li. capitulo. lxxvii.
Et i libro. vi. capitulo. lii. Vbi ad xpm ipsa loquitur hec
uerba. O karissime deus & omnium dulcissime mira/
bile omnibus audientibus est illud q tu mecum fecisti
Nam quando tibi placet sopis corpus meum non so/
pore corporali sed quadam quiete spiritali Animam
autem meam quasi a sompno excitas ad uidendum &
audiendum atque sentiendum spiritaliter. O domine
deus o quam dulcia sunt oris tui uerba uidetur mihi
uere quotiens uerba spiritus tui audiam quasi anima il
la in se deglutiat cum quodam sentimento ineffabilis
dulcedinis sicut suauissimum cibum qui cadere uide/
tur in cor corporis mei cum magno gaudio & ineffa/
bili consolatione. Mirabile tamen hoc esse uidet quod
dum uerba audio tua tunc utrunq efficior scilicet saci/
ata et famelica propter hoc autem saciata quia tunc ni
hil aliud libet mihi nisi illa propter hoc uero famelica

quia semper auget appetitus meus ad illa zc. Et de hoc
etiam uide in prologo & etiam in fine regule saluatoris
Tertium signum in quo cognoscitur seu discernitur ui
sio diuina ab illusione dyabolica est scilicet quando ani
ma existens sine corporali uisione seu sensibili siue i yma
ginaria & spiritali sentit influxum intellectualis super
naturalis luminis intelligibilis ueritatis & comprehen
dit tunc significationes ueras illorum uisorum z uerbo
rum z aperitur clare tunc intellectus eius ac ostenditur
seu manifestat ei ueritas illius materie. Iste enim infl u/
xus intellectualis supernaturalis luminis seu uisionis si
ue precedet uisio corporalis aut ymaginaria siue non.
nunquam a dyabulo potest ifundi in anima sed solum
a deo ut ait sanctus Thomas in secunda secunde capi/
tulo de prophetia. q. lxxviii. ubi sic dicit. Dem ones in/
quit ea que sciunt hominibus manifestant non quidez
per illuminationem intellectus sed per aliquam ymagi
nariam uisionem aut etiam sensibilibus colloquendo sed
non intellectum illorum illuminando. Et in hoc deficit
& differt hec prophetia a uera. Augustinus etiam in li
bro. xii. super Genes. ad litteram sic ait Illuditur autem
anima & fallitur in corporali uisione zc. Et postea sub/
dit in uisione autem spiritali aut ymaginaria. i. in cor
porum similitudinibus que in spiritu uidentur fallitur
etiam anima cum ea que sic uidet ipsa corpora arbitra
tur zc. Postea autem subdit dicens. At uero in illis
intellectualibus uisionibus non fallitur anima Et po
stea subiungit dicens Et si uidentur ita ut omnino futu
ra noscantur ymagines presentes iudicentur siue ipa di
uinitus adiuta sine aliquo inter ipsa exponente quid sig
nificent sicut Apocalip. Iohanni exponebatur magna
reuelatio est etiam si forte ignoraret ille cui hec demon
strarentur utrum ex corpore exierit an adhuc sit in cor

pore sed spiritu a sensibus alienato ista uideat usq; hic
Augustinus sed certe hic queri potest Que differentia
est inter reuelationem que fit conficte ab humano in-
tellectu seu per illusionem in ymaginatiōe & intellectu
hominis & illa que fit diuinitus per intellectualem uisi-
onem Respondeo scdm sanctum thomam in secunda
secunde. q. lxxxiii. articulo. ii. Qd prophetia seu reuela-
tio que fit secundum ymaginem & indicium humane
mentis fit scdm uim intellectualis luminis naturalis. sed
per donum prophetie diuine confertur aliquid huma-
ne menti super istud quod pertinet ad naturalem facul-
tatem quantum ad utrumq; scilicet quantum ad iudici-
um per influxum intellectualis luminis & quantum ad
exceptionem rei seu representationem que fit per aliqs
species Et quantum ad istud secundum potest assumi
lari reuelatio conficte humanitus aut dyabolica diuine
prophetie sed non quantum ad primū. hec ille. Ex qui-
bus patet qd cum intellectuale lumen supernaturale in-
funditur aīe existenti in ymaginaria uisione concludit
ergo clare qd etiam sancta Birgitta in uisionibus suis su-
scepit illum influxum luminis intellectualis & superna-
turalis & semper ibi affuit aliquis exponens ut xps aut
mater eius aut angelus aut aliquis sanctus a quibus de-
clarabantur & exponebantur ei similitudines ille & uer-
ba figuraliter dicta Et sibi ostendebantur uere significa-
tiones illorum librorū Et qd a deo ministrata sunt que
talīa operari potens est Non autem ab illatore cui hoc
facere impossibile est ut supra patet. per Augustinum
& Thomam Quia in hoc differt uisio illusoria a uisio-
ne diuina Et in hoc omnes sancti patres & doctores cō-
cordāt. ¶ Quartum signū est in quo differt uisio seu
reuelatio spiritus boni ab illusione dyabolica quando
scilicet ille propheta seu uidens semper uera predicit &

katholica misteria & documenta loquitur & honestas
& uirtuosos mores inducit Et hec sunt signa qd talia a
deo sunt quia dyabolus in illusiōibus suis interdum di-
cit uera ut decipiat & aliquando falsa Sed spiritus sanctus
semper loquitur bona & nunq; falsa predicit quod cla-
re probat beatus Thomas ubi supra sic dicens In aliqui-
bus enim signis intelligi potest etiam exterioribus pro-
phetia demonum & prophetia diuina. Vnde dicit Cri-
osto. super Math. Qd prophetisat qd in spiritu dya-
boli quales sunt diuinatores Sed sic discernitur quādo
dyabolus interdum dicit falsa sed spiritus sanctus nunq;
Vnde dicitur deutro. xviii. Si tacita cogitatione respon-
deris Quomodo possum intelligere uerbum quod nō
est locutus dominus hoc habebis signum quod in no-
mine domini propheta ille predixit & nō euenerit hoc
dominus non est locutus Dicit etiam Augustinus in li-
bro. xii. super Gene. ad litteram Quando aliqui stantes
in extasi eleuationis mentalis uidentes in ymaginaria
seu spiritali uisione aliqua signa uel ymages corpo-
rum qd si in hoc eos malus arripuerit spiritus aut demo-
niacos facit aut arreptiones aut falsas prophetas Cum
autem bonus facie eos fideles misteria loquētes aut ac-
cedente diuini luminis intelligentia ueros pphetas aut
ad tempus illud quod per eos oportet ostendi uidentes
atq; narrantes. hoc ille. Et ideo cum ista beata domina
Birgitta semper si bene intelligantur uera predixit nec
in omnibus libris suis aliquod falsum uel mendacium
uel inhonestum uel nō catholicum dixerit sed omnia
uera annunciauit & confirmantia fidem catholicam
& dampnātia hereticos ut patet in libris eius Et satis pa-
tet in reuelationibus que in isto opere iam posita sunt
tam in prima quam etiam in hac secunda parte & simi-
liter ex his que adhuc ponent diuina gracia cooperan-

re. Ideo cōcludit̃ clare q̃ oīa ista diuina gratia infusa & ostensa ei sunt & non illusiōe dyabolica. Quintū signū in quo discernuntur uisiones ministrata a bono spiritu uel maligno est fructus ille & opera que procedunt ab illis uisionibus quia secūdum euangelium Non potest arbor mala fructus bonos facere zc. A fructibus enim eorum cognoscetis eos Nam prophetia uera & ordinata data est hominibus ex magna miseratione dei ad humanorum actuum directionem z ad regimen agendorum Ad reuelationem misteriorum quasi quoddam lumen diuinum quo homines diriguntur & instruantur tam in cognitione fidei quam in omnibus operib⁹ uirtuosis scdm q̃ erat expediens ad salutem electorum Et diuersificata semper fuit prophetia scdm diuersificationem temporum & negotiorum Sicut ponit sanctus Thomas in secunda secunde de prophetia articulo .ii. capitulo ultimo. Nam dicitur Proter. xxix. Cum defecerit prophetia dissipabitur populus Et ideo quādo uidemus q̃ ex talibus uisiōibus seu uerbis reuelatis mēs illuminatur Intellectus & conscientia uidētis illustratur & uita eius corrigitur & emendatur Et conuertētur homines uiciosi ad uirtuosam & religiosā uitā Et de guerra & odio ad pacem de superbia ad humilitatez & obedientiam & de malo ad bonum Et hoc in multis personis diu perseverat tunc certissimum signum est q̃ tales uisiones & reuelationes que talem fructum germinauerunt & produxerunt non a dyabulo sed a spiritu sancto pcesserunt que facere dyabulo impossibile est ymo totum contrarium procedit a uisionibus seu potius ab illusionibus suis Consueuerunt enim deuīare hominez a fide Katholica a bonis moribus a sana doctrina & obedientia prelatorum & sacre scripture ac etiam a subiectione sancte matris ecclesie Cum igitur ab istis uisioni-

bus & reuelationibus factis sancte Birgitte semper processerunt illa que dei sunt & omnis uirtus & mundicia morum & conuersio & emendatio proximorum reuelatio misteriorum roboratio fidei dampnatio hereticorum increpatio uiciorum & pphetia uera futurorum Ideo concluditur necessario q̃ a fonte purissimo & limpidissimo spiritus sancti & non a tenebroso lacu fetido illusionis. Hec omnia flumina processerunt ut in isto moderno tempore uiciorum caligine tenebroso per istam doctrinam sanctam in agēdis suis homines instruerentur. Et sic fugerent a terribili & districta iusticia diuina in istis reuelationibus contenta ad gremium pietatis & misericordie dei. Sextum signū q̃ hec a deo sunt & non a maligno spiritu est mors seu finis laudabilis z uirtuosis persone uidentis uisiones. Nam sciendum est q̃ quando aliquę persone uisionibus seu potius illusionibus sub specie lucis longeue decepte fuerunt ostendēdo eis dyabolo uera multa & in fine uno falso eos deciperet communiter semper inuenimus in scriptura sanctorum patrum quod isti sic delusi in aliquos errores siue perceptione sacramentorum in fine isti a dyabolo extincti sunt. Et per hoc uoluit deus semper aliis patefacere ut a similibus illusionibus coloratis doceret eos cauere. Sed per contrarium in sanctis suis qui diuinis uisitacionibus in uita eorum consolabantur & illuminabantur. Deus in eorum morte operari solitus est quia in uita eorum eos semper protegēdo direxit ac ipsos multis uirtutibus z miraculis adornauit in morte quoq; per aliquam singularem gratiam quasi quodam approbationis iudicio eos mirifice clarificauit. Sicut patet in lohanne euangelista & in multis similibus. Sic & fecit cum ista prefata sponsa sua beatissima. Ipse bonus & pi-

us ihesus christus. Nam preuenta fuit eius mira & super-
perna gratia. quia ordinata processu ab infimis ascendit
ad summa. Fuit enim humilitate sublimis. mortificatio-
ne uiuida. simplicitate prudens. **O**mnique morum bone-
state conspicua propter quod ipse eam in uita sua mi-
randis gracijs supernaturalibus extulit & diuinis uisio-
nibus & locutionibus ad utilitatem ecclesie seraphice
decorauit. **N**ecnon & in fine mortem uite ei ante predi-
xit. In exitu suo in signum approbationis eius corpora-
libus oculis consolatorie se ostendens ut dilectam spon-
sam ad celestes nuptias ipsius animam dulcissimo ample-
xu reciperet. Tali enim approbationis sigillo uoluit ip-
se deus scripturam reuelationum eidem sponse diuini-
tus sanctarum quodammodo autentizare & ad utilita-
tem ecclesie & fidelium eam mirifice sigillare. Quia ei
cui in uita totiens per spiritualem prophetiam & intel-
lectualem uisionem apparuit ante eius exitum mortem
ei predicando se plusquam per prophetiam scilicet cor-
poralem uisionem monstrauit. **S**eptimum signum bo-
ni spiritus est clarificatio miraculorum in uita & post
mortem uidentis uisiones. Nam qui usque ad mortem p-
uisiones a demone illuditur dignum non est quod uel
in uita uel post mortem diuinis miraculis clarificetur.
Quia deus est testis & confirmator ueritatis & non fal-
sitas. Sed cum clarificatio seu operatio miraculorum
sit confirmatio reuelationum diuinarum prout patuit
in prima parte sub die parasceues. capitulo quinto. Et
sub quadragesima feria quarta post iudica. Capitulo
quarto. Et feria quinta post Reminiscere. Ita ut non sit du-
bitandum de eis. Et cum ista christi sponsa dignissima
multa opera miraculosa fecit in uita sua. Et maiora ac
multo plura post mortem suam prout patet in processu

42
canonizationis eius. & inferius clare patebit. Ideo sequi-
tur quod a diabulo in uisionibus suis in uita delusa non
fuit. Hoc etiam mentes omnium ista diuinitus reuela-
ta legentium preparare debet ad faciliorem credulitate
acceptationem & ueritatis quod tanta uerba tantaque mi-
racula in illis celestibus libris tam seriose contenta non
aliam fidem predicant nisi quam christus predicauit.
Non nouum nobis christum inducunt sed eundem cre-
dendum amandum feruentius & timendum nos amo-
nent qui pro nobis passus in cruce fuit. Nihil ueritatis
que in christo est subtrahuntur aut addunt sed iusticia
& misericordia eius ad profectum salutis nostre in eis
quam in alijs libris prophetarum diuinitus clarius ostē-
ditur.

Causa quare reuelationes sancte
Birgitte facte sunt.

Capitulum nonum.

Quoniam ad secundum scilicet de causa reuela-
tionum sancte Birgitte factarum. Sciendum quod
iste reuelationes facte sunt sancte Birgitte a christo
ad utilitatem & cautelam totius ecclesie militantis
propter preces Regine celi uirginis Marie & omnium
sanctorum. Et ideo ipsa est noua apostola christi & fun-
gitur officio legationis eius ad totam ecclesiam seu ad
omnes christianos quorum collectio ecclesia nomina-
tur. Et ideo christiani eam maxime (ut ita dicam)
tenerentur uenerari & eam laudum preconij extol-
lere. Si enim nuncijs uel missis aut Legatis tempo-
ralium Dominorum Honor & Reuerentia exhibetur

propter excellentiam mittentium quid debet & oportet
fieri nuncio & missio summi & celestis imperatoris qui
est rex regum & dominus dominantium Quia ergo
hec serenissima principissa officio legationis fungitur
summi dei ad ipsos christianos & ad omnes status eo
rum potestas uel deferens eis litteram quam ipsa a deo
accepit. i. reuelationes sibi diuinitus factas quas etiam ip
se dominus deus in libro primo Capitulo. lvi. litteram
suam uocat. Vbi sic loquitur Sicut rex caritatis & boni
sciens opera ciuitatis mala patienter tollerat inhabitantes
& mittit litteras amicis suis &c. Et infra littera. i. uer
ba mea scripta est laborent amici mei ut ad inimicos
meos sapienter & discrete ueniat &c. prout patuit in prin
cipio huius secunde partis Quia ergo hec nobilis prin
cipissa talis ac tanta est necesse est ut omnes Christiani
hanc litteram summa cum reuerentia de manu eius re
cipiant propter excellentiam mittentis scilicet Christi
celestis imperatoris Item propter dignitatem & pietatem
eorum ad quorum preces huius littere missio facta
est scilicet regine celi & domine angelorum uirginis
Marie & omnium sanctorum. Item propter dignitatem
deferentis eam quia quo ad carnem & mundum est prin
cipissa ualde nobilis Ex stirpe regia progenita Quo ad
spiritum & animam est filia dei patris sic specialiter ab
eo uocata sponsa christi noua organum & cannale ad
mirabile spiritus sancti Quo ad ecclesiam ipsa est sanc
ta & per eam cathologo sanctorum ascripta Si autem
christiani hec facere renuerint sed pertinaciter con
tempserit tunc in proximo ymo ualde in breui uindi
cta horribilis super eos ruet Et uenient super eos tanta
mala & undique quod non apparebit eis aliquis mo
dus uel aliquod consilium illa euadendi Dicit enim

48
christus quod super contemptores huius littere ueni
ent septem plage septem in anima & septem in corpo
re prout patuit in prologo huius operis capitulo septi
mo. Quod autem in proximo illa mala instabunt pa
tet ex dictis in principio huius secunde partis. Vos au
tem sacerdotes & predicatorum attendite queso que le
gitis & nolite obdurare corda uestra quia in ista littera
autem auditis uocem domini clamantis. Littera. i. uer
ba mea scripta est laboret amici mei &c. que uerba spe
ctant ad uos quia hic per amicos suos uos intelligit qui
bus dicit in euangelio. Ite per orbem uniuersum & pre
dicare euangelium. Vos igitur laborate toto uisu ut hec
littera in publicum ueniat ut ei reuerentia exhibeatur
necnon & eam deferenti prout decet honor tribuatur
Et ipse deus uidens homines sollicitos circa honorem
sue littere & eius missio uel legate flectatur & inclinetur
ad misericordiam Cuius furoris rigor iam incensus est
ad uindictam in nationibus faciendum. Si autem uos
hoc facere contempseritis tunc furor domini ueniet &
irruet etiam super uos & eritis uos in occisionem & di
uitie uestre in direptionem Et quanto magis tunc cla
mabitis Exurge domine & adiuua nos tanto magis de
us faciem suam a nobis auertat & se sine adiutorio a no
bis abscondat Eritque tunc tanta uestra deiectio ac con
fusio quanta iam est honor & exaltatio. Eritisque in de
risum populo & consecratio uestra pro nihilo compu
tabitur Consulo ergo uobis ut ad effugiendum tanta ma
litiarum christi & eam secundum quod decet exaltare in
ecclesia curetis & qualitatem eius inferius que ostende
tur populo exprimere & ostendere festineis ut & po
pulus ad honorem eius & exaltationem laborare con

tendat ut sic ea cum reuerentia suscepta ipse populus
ad suscipiendam litteram summi dei quam ipsa defert
magis disponatur. **A**lias fiet eis quod dominus commi-
natur quibusdam religiosis in libro sexto celestis libri
capitulo octauo quibus etiam misit aliquas reuelatio-
nes per sanctam Birgittam. **D**icit enim sic ibi. **D**ico ex-
go eis quod nisi se emendauerint tam uelox & seuerus
ueniam eis quod omnes qui audierint ingemiscet. **O**m-
nes etiam qui experientur deficient. **Q**uia sicut pius pa-
ter monui eos & non audierunt. **O**stendi eis uerba oris
mei sicut nunquam fuit factum prius & spreuerunt. **S**i
enim uerba mea misissem gentilibus forsitan recepis-
sent & peniterent. **P**ropterea non parcam eis nec recipi-
am pro eis preces dilecte matris mee & sanctorum me-
orum zc. **L**icet autem necessaria essent adhuc alia ad
comonitionem sacerdotum hic adducenda tamen
quia dicit **H**ugo in libro de profectibus religiosorum
necessitas cito insinuata est sapienti & utilitas que se per
multa uerba diffundit onerosa est. **I**deo de hoc plura
hic adducere premitto quia si credere iam dictis no-
luerint tunc experientia eos plus docebit quam longa
uerborum sententia. **Q**uia autem dictum est quod
predicta littera missa est christianis a christo ad pre-
ces matris sue & omnium Sanctorum. **I**deo iam di-
cendum est quid contineatur in ista littera. **P**ro quo
Sciendum est quod in ista littera id est in reuelationibus
sancte Birgitte continetur querimonia christi qua con-
queritur super omnes status christianorum grauissime
quod ab eo totaliter recesserunt per opera sibi contra-
ria in tantum quod nisi interueniret preces matris sue
non esset spes misericordie. **D**icitque quod iusticia iam
clamat uindicta super eos dicens. **O**mnes christiani in-

terficientur & delebitur fides eorum. **S**ed quia flexus
est ad misericordiam precibus matris sue. **E**t omnium
sanctorum. **I**deo dicit in libro primo celestis libri capi-
tulo quinto. **N**unc propter preces matris mee & om-
nium sanctorum adhuc ita misericors sum & patiens
quod mittere uolo eis uerba mea que de ore meo pro-
cesserunt & offerre eis misericordiam meam. **S**i recipe-
re eam uoluerint placabor. **S**in autem sentiens iustici-
am meam zc. **E**cce patet intentio huius littere quam
hec noua apostola christianis defert. **P**atet etiam quod
est suscipienda & publicanda & non contempnenda
aut sub modio ponenda quia iuxta est dies perditionis
& adesse festinant tempora non bona sed mala. **I**n qui-
bus omnia desiderabilia hominum auferentur & mul-
ta mala super eos inducentur de quibus exire non po-
terunt nisi citius ad instinctum predictae littere conuer-
tantur.

**¶ Qualiter Regina celorum impetra-
uit duas gratias pro signis ad credu-
litate reuelationum.**

¶ Capitulum Decimum.

QUAE autem hec predicta littera non reputaretur
aliunde conficta sed pro certissimo sciretur de
ore dei emanasse ut sic nullus de ignorantia se
excusare posset ipsa ideo mater misericordie ex maxi-
ma pietate sua impetrauit a christo filio suo duas gra-
tias pro signis ut per illas hec littera confirmaretur apud
homines ex eo quod per signa & miracula confirmantur reuela-
tiones prout patuit in capitulo viii prope finem paragra-
pho. **S**eptimum signum boni spiritus est quatenus homi-

nes audientes ex littera ista iram dei grauissimam sibi
instare & certi de hoc per predicta signa eo diligentius
& celerius festinarent preoccupare iram dei in confes-
sione & lacrimis ac uera penitentia ut illa tribulatio hor-
ribilis futura ab eis misericorditer posset remoueri. que
tribulatio nomine iudicii designatur in multis locis ista-
rum revelationum prout etiam patuit in ista secunda par-
te sub festo purificationis capitulo. ii. modicum ultra me-
dium. ubi exponitur illud Malachie. iii. Ecce uenit do-
minus &c. In hoc autem ostenditur maxima pietas ma-
tris dei erga christianos istius temporis quia tam sollicita
fuit per ammonitione ire dei ipsis imminente. Cui si chri-
stiani ingrati fuerint litteram istam abiciendo pro certo
grauissime punietur. ut rei euentus comprobabit. Et ergo
propter reuerentiam ipsius regine celi ipsi deberent sus-
cipere cum maximo honore hanc litteram & latricem
eius. i. sanctam Birgittam propter officium legationis
omnipotentis dei quo fungitur. quia in hoc seruicium
ualde gratum ei scilicet regine celi facerent uel exhibe-
rent prout patet ex dictis sub festo conceptionis. c. xiiii.
Supradictas autem duas gratias impetrauit ipsa donari
duabus personis. quarum personarum prima fuit unus
religiosus de ordine Cisterciensium. & de monasterio Al-
uastria regni Suetie qui uocabatur frater petrus. de quo
etiam dicitur inferius sub ca. xvii. Secunda persona fu-
it unus episcopus aboen. regni Suetie dominus Henricus
nuncupatus. prout etiam patuit in prologo huius o-
peris ca. viii. Qui episcopus etiam fuit missus ad papam
Clementem. vi. cum predicto fratre. de quo papa etiam
dictum fuit in prima parte sub dominica secunda post
festum pasche. capitulo. viii. De quo & fiet mentio in
ferius in isto capitulo. Predicta autem que dicta sunt de

sepe dicta littera & de duabus gratiis. In isto capitulo
patent ex reuelatione beate uirginis que habentur in se-
xto libro celestis libri capitulo. xxxiii. Vbi ipsa ad san-
ctam Birgittam sic ait Filius meus est similis regi qui
habebat ciuitatem in qua .lxxx. principes erant. Et in cu-
iuslibet dominio non erat nisi unus fidelis regi Tunc il-
li fideles uidentes quod in fidelibus non instabat nisi mors
& dampnatio scripserunt ad quandam dominam fami-
liarissimam regi rogantes eam ut rogaret pro eis & ut
suggeret regi quatenus scriberet eis uerba ammonitio-
nis sue quibus resipiscerent a pertinacia sua Qua sugge-
rente illi de salute illorum infidelium Respondit ei rex
nihil restat eis nisi mors & ea digni sunt. Verumtamen
propter preces tuas scribam eis duo uerba. In primo autem
uerbo sunt tria. Primo dampnatio quam merentur. In
secundo paupertas. In tertio confusio & debonestatio
qua digni sunt pro suis factis Secundum uerbum est quod
omnis qui se humiliauerit habebit gratiam & fruetur
uita Cuius littera continens hec duo uerba uenisset ad il-
los infideles dixerunt quidam ex eis Nos sumus ita for-
tes sicut rex & ideo defendemus nos. Alii autem dixe-
runt non est nobis cura de uita & morte quod magis
eueniret non est nobis magna cura Alii quoque dixerunt
falsum est quod audiuius & confictum Nam littera
ista de ore regis non emanauit Auditis igitur responsis
istis scripserunt illi fideles iterum Secundo ad illam fa-
miliarissimam dominam regi dicentes Non credunt isti
infideles uerbis regis seu nostris Ideo postulate a Rege
ut in signum credulitatis mittat eis aliquod speciale sig-
num quo credunt litteram de ore regis processisse Quod
audiens rex dixit duo specialiter pertinet ad regem Co-
rona scilicet & Clypeus Coronam regis nullus portare
potest nisi rex Clypeusque regis pacificat discordantes. Et

go duo ista mittam eis si forte credant uerbis meis & a malicia sua resipiscant. Iste rex non significat aliud nisi filium meum qui est rex glorie & filius dei atq; meus hic habet ciuitatem .i. mundum in quo .lxx. sunt lingue quasi .lxx. dominia. Et in qualibet lingua unus amicus filii mei est .i. nulla lingua est in qua inueniantur aliqui amici filii mei qui significatur in uno propter unitatem fidei & caritatis. Ego autem sum illa domina familiarissima regi. Et ad me amici mei uidentes mundo instigare miseriam miserunt preces suas rogantes ut filium meum illis mitigarem. Qui precibus meis & sanctorum flexus mundo misit per te uerba oris sui ab eternis prestita glosa scilicet tibi reuelata. Sequitur ad quorum credulitatem ne reputarentur aliunde conficta impetraui in signum coronam & clypeum regis. Coronam propter potestatem que dabitur uni super spiritus in mundos. Clypeum propter opus pacis quod dabitur alteri scilicet discordantia corda reformare in usum cor & mutuam caritatem. Verba autem filii mei non sunt nisi quasi duo uerba. Quia in omnibus illis non sunt alia nisi ista duo uerba scilicet maledictio super inducentes se & misericordia in se humiliantes. Hiis dictis filius loquebatur ad matrem. Benedicta sis tu. Tu es quasi mater que mittitur ut accipiat filio uxorem. Sic ego mitto te ad amicos meos qui animas electorum meorum coniungant mihi in coniugium spirituale quale deum decet. Ergo propter magnam misericordiam tuam & caritatem qua sic feruenter diligis animas do tibi auctoritatem super coronam illam & clypeum ut non solum duobus sed & aliis quibus uolueris dare possis. Tu enim plena es misericordia. Et ideo omnem misericordiam trahis a me ad peccatores. Benedictus sit

ille quicumque tibi seruit quia nec relinquetur in morte nec in uita. Deinde loquebatur mater misericordie ad sponsam de tribulatione futura. Scriptum est quod Iohannes baptista precessit ante faciem filii mei quem non omnes uiderunt quia in beremo erat. Sic ego ante terribile illud iudicium futuri filii mei precedo cum magna misericordia mea. Ergo ex parte mea dic illi qui habet coronam quod quotiens senserit spiritum solutum & feruorem in se filii mei super uexatum legat ista uerba. Deus pater qui est cum filio & spiritu sancto creator omnium rerum & iudex eorum que facta sunt qui misit benedictum filium suum cum seipso in uiscera uirginis Marie propter nostram salutem precipio tibi immunde spiritus ut ad gloriam eius & propter preces Marie uirginis ex eas ab ista creatura dei in nomine eius qui natus est de uirgine Ihesus christus unus deus qui est pater & filius & spiritus sanctus. Deinde dicetur ex parte mea alteri qui habet clypeum. Tu sepe misisti me quasi nuncium tuum ad deum & rogaui filium meum pro te. Nunc & ego rogo te ut tu ualdas nuncius meus ad summum caput ecclesie quia etiam si insederit ei lucifer uerba filii mei secundum eius uoluntatem perficientur. Cum autem uenerit in Franciam conuocatis ante se principibus dicat in audientia eorum hec uerba. Deus qui est cum patre & spiritu sancto creator omnium rerum & iudex eorum que facta sunt qui dignatus est descendere in uiscera uirginea & unire deitatem suam humanitati non tamen separans se a diuinitate qui fixit sic caritatem suam ad hominem ut cum uideret lanceam & acutos clauos & omnia instrumenta mortis maluit sufferre neruos incidi manus & pedes perforari quam caritatem ad hominem fixam relinquere ipse pro

pter suam passionem nos coniungat in unum cor qui
hactenus fuerat dissotiat. Deinde sicut spiritus sanctus
informabit eum proponat eis penas inferni gaudium
iustorum & tribulationem iniquorum. Hec mater dei
ubi supra. De Episcopo abonen ad quem pertinet hec
finalia uerba qui fuit etiam missus ad reges Francie &
Anglie ad faciendam pacem & concordiam inter eos
habetur etiam in prima parte sub dominica octaua post
Trinitatis capitulo .xii. in fine. Et inferius etiam habet
de eo in capitulo .xxxv.

**Item de causa reuelationum sancte
Birgite Capitulum undecimum.**

Quamquam quare reuelationes iste sancte Birgite
facte sunt ostendit etiam beata uirgo maria in
tertio libro celestis libri capitulo quinto ubi ip
sa sic dicit Scriptum est quod amici dei olim clamabant ro
gantes deum dirumpere celum & descendere ad libe
randum populum suum Israel Similiter & in istis tem
poribus amici dei clamant dicentes. Benignissime de
nos uidemus populum inenarrabilem in periculosis pro
cellis perire etc. Cetera require in prima parte sub
aduentu domini Capitulo primo sub B.

Quod habuit illum pane uite & intellectus & aqua sa
pientie salutaris potauit illum mox subdit fir
mabitur in illo & non flectetur Quam firmata
autem & quam hoc modo facta fuerit Hec sponsa xpi
ex eo patet quod sicut in processu canonizationis eius pro
batum est. Et multis non dormientibus sed uigilantibus
Non nocte sed clara die non in priuato sed in ecclia uel
strata publica apparuit & uisa est aliena a sensibus cor
poris eleuata a terra & facie illustrata Sicque sepiissime

5
rapta in spiritu innumeras reuelationes habuit de tam
dulcibus singularibus notabilibus & electis occultis &
deuotis materiis De deitate uidelicet incarnatione pas
sione & operationibus Ihesu christi Beate marie semp
uirginis & sanctorum De ecclesia dei de Imperatoribus
& regibus. De principibus nobilibus & omni statu mun
di. De gaudiis celi & penis inferni Et inter hec tam dul
cibus nominibus appellata est Nunc filia. nunc amica
nunc sponsa. nunc noua sponsa. nunc filcula nunc mo
nacha nunc cannale meum. ut secundum ea que ego de
uitis sanctorum legi uel audiui non dum aduerterem
aliquem sanctorum excepta illa exempta beata semper
uirgine Maria Cui christus tantam familiaritatem tan
tamque gratiam hic in uia contulerit insensibilium & ex
terius apparente dulcedine. In uisitationibus reuelatio
nibus colloquiis & consolationibus interius tam fami
liarem se exhibuit & frequenter. Vnde ex deuotione fi
delium ipsius ymaginem depingentium uel depingere
facientium signum habet cui nescio quod signum san
ctorum ualeat adequari habeat Petrus clauem Paulus
gladium crucem Andreas Stephanus lapidem cratem
Laurentius Agnes agnum rotam Katherina. Sed quod
dulcius non dico dignius radio celestis luminis uel ri
uente Nec per hoc pater sancte eam omnibus sanctis
aliis prefero qui tales non habuere uisiones. Maxime
quia sicut habetur secundo libro reuelationum capitu
lo .xvi. Christus dixit ei Mirantur multi cur tecum lo
quor & non cum aliis qui meliorem habent uitam &
mihi longiori tempore seruiuerunt Et infra. Ego elegi te
in spiritum meum. non quia illis es melior aut eis com
paranda Sed quia sic uolui qui de insipientibus facio sa
pientes Ideo humiliare in omnibus Nec mirandum si

ad laudem huius electe dei librum revelationum eius
allego primum enim ut a minimis incipiam nō omni
no leuitate usus sum **S**iquidem ante quinque annos uidi
eum & interim frequenter illum habui multisque aliis
ostendi & retuli **V**ilumque est mihi & hodie credo pro
pter quod & loquor quod materie ibi cōscripte utiles sunt
deuote & edificatorie Scripture sacre nō contraire sed
consonē **N**ec unquam aliquid in eis uidisse merecolo
quod non sanum & bonum intellectum habeat aut sine ali
qua expositione extorta de uī significatiōis uerborum
admittat dummodo ea pietate legantur qua cetera scri
pture siue canonice siue doctorum legi debet sed nec
ipsamet leuis fuit in revelationibus eis cito credendo
sed cum primo huiusmodi reuelationes inciperet ha
bere & uidisset nubem lucidam audissetque uocem qua
si hominis dicentem sibi **M**ulier audi me ipsa timens
illud ab angelo Sathane mox confessorem suum adiūt
quendam deuotissimum & approbate uite uirum ma
gistrum **M**athiam de Suetia sacre theologie confesso
rem egregium qui etiam super totam bibliam scripsit
hic in talibus non ignarus ei ieiunia & oratiōes indixit
& alia exercicia spiritu alia ac confessione eius audita
eam sacramento corporis christi procurauit. **D**umque
talibus insistentem similem iterum uisionem haberet ipsa
denuo ex cōsilio dicti magistri orationes & alia bona
non minuīt sed auxit. **E**t tunc tertio similiter uidit nu
bem lucidam & in nube similitudinem christi filii dei
& audiuit uocem **M**ulier audi me **E**go sum deus qui te
cum loqui uolo noli timere **E**go sum omnium condi
tor non deceptor **N**on enim loquor propter te solam
sed etiam propter salutem aliorum. **D**um autem reuela
tiones huiusmodi multiplicarentur ipsa non contenta

53
reuelationes suas & reuelata **A**rchiepiscopo upsalen. &
aliis tribus episcopis Regni Suetie & cuidam **A**bbati
ualde religioso & prefato magistro humiliter & reue
renter exposuit **Q**ui super hiis matura deliberatione
& tractatu habito eas non a deceptore sed a spiritu san
cto procedere concorditer concluderunt ymmo ip
se deus multotiens ipsam super dubietate repreben
dens dedit ei multiplicia & indubia signa reuelationes
diuinas a dyabolicis illusionibus discernēdi sicut in di
ctarum reuelationum pluribus capitulis patet & libris
sic examinata fuerunt quedam ei reuelata in Neapoli
& modus reuelationum per dominum Bernhardum
tunc **A**rchiepiscopum Neapolitanen. ubi unus exami
natorum fuit Reuerendus dominus meus dominus
Cardinalis sancti Ciriaci Et alii duo magistri in theo
logia & tres doctores decretorum & multi alii Et quia
multa notabilia in eadem reuelatione dicuntur si quid
erroris uel defectus in reuelatis uel in modo reuelandi
reperierint Ipse dominus meus testis est hodie testari
potest & nouit **P**ost hoc per quendam uenerabilem ui
rum datus est totus liber reuelationum examini trium
magistrorum in **T**heologia **Q**uorum unus fecit pro
logum solemnem & approbauit totum librum **A**lius
fecit quendam tractatum in quo respondet quibusdam
frivolis obiectionibus que obiecte sunt uel obici ad
huc possent. Sed ducamus in altum rethe **N**onne regu
rabilī & inaudito temporibus nostris modo quam do
minus **G**regorius felicitis recordationis predecessor ue
ster & demum sanctitas uestra exactissimo commisit
examinari & demum eam utpote rationabilem salubrem
& bonam in modum constitutā approbauit **E**t nouam

religionem instituens monasterium per ipsam beatam
Birgittam fundatum & dotatum in quo secundum eas
uiuendum est confirmauit. Nonne reuelationes suas ha-
buerunt felicitis recordationis proximi predecessores san-
ctitatis uestre uidelicet **C**lemens. vi. **V**rbani. v. & **G**re-
gorius. xi. Et ipsius ymo dei consilium per eam requisi-
erunt in multis arduis & secretis Sicut creditur sanctita-
tem uestram non omnino latere nec unquam reprehe-
derunt eam uel reprebensibilem inuenerunt in minimo
Sed tanquam deuotam famulam & amicam dei in ea
qua decuit representatione & ueneratione habuerunt.
Nunquid non dominus Elizarius bone memorie olim
Cardinalis thetin. manifeste testatur in processu cano-
nizationis eius & alii quam plurimi eam secreta cordi-
um cognouisse quod solius dei est. **E**t cui deus uolue-
rit reuelare An non greci diebus istis publice in hoc sa-
cro consistorio confessi sunt quod hec beata dudum ante
predixit. **A**it enim in ultimo libro reuelationum uideli-
cet in libro ad reges capitulo secundo uel potius sic ait
Christus. **S**ciant **G**reci quod eorum imperium siue
Regna nunquam stabunt secunda neque in uera pace
tranquilla sed inimicis suis semper subiecti erunt a qui-
bus semper grauissima dampna & miseriae diuturnas
sustinebunt donec ipsi cum uera humilitate & caritate
ecclesie & fidei ratione se totaliter subiecerunt eiusdem
ecclesie sacris constitutionibus & ritibus se totaliter con-
formando Et notanter uiua uoce dicit **T**otaliter quia
sicut in septimo libro capitulo decimo dicitur per regi-
nam celi uirginem **M**ariam **N**ullatenus concedendum
est quod sacerdotes possint habere uxores & hoc ibidem
sub magna strictitudine ab eadem prohibetur ut dicitur
in hac materia **N**unquam deprebensa est falsitas sed
multiplex in re apparuit ueritas ut in hiis que predixit

59
in **C**ypro regi & regine & consilio eorum & olim regi-
ne in **N**eapoli & in aliis locis multis & similiter **R**egi
Suetie cum adhuc in Suetia existeret. modus quoque
reuelationum quam se dicit & scribit habuisse totaliter
alludit dictis doctorum de reuelationibus loquentium
& sacre scripture conformis est **Q**uam ergo causam ha-
bere quis poterit dictas reuelationes impugnandi aliquo-
tenus uel negandi. **I**tem firmata fuit obedientia eccle-
siastice auctoritatis simulando in hoc uiro sapienti qui
edificauit domum suam supra firmam petram **M**athei. vii. Illam
inquam petram de qua **M**athei. xvi. dicitur Super hanc
petram edificabo ecclesiam meam & porte inferi non
preualebunt aduersus eam que quidem obedientia eui-
denter patuit in reuerentia quam prelati exhibuit & pres-
biteris uniuersis **E**t ueneratione sanctorum & precipue
corporis christi **A**d cuius susceptionem ad minus om-
ni septimana semel se deuotissime preparabat **E**t ex con-
tinuitate confessionum quas omni die facere aliquando
bina uel trina uice consueuit ex fide & deuotione quam
habuit ad indulgentias pro quibus obtinendis feruen-
tissime laborauit ex timore sententiarum & excommunicationum
horrore **V**nde contigit sicut in sexto libro reuelationum
celestium habetur quod ea sedente cum quodam
episcopo & nobilibus ipsa sensit abominabilem
fetorem quasi de putredine squamarum piscium **E**t mirantibus
aliis quod fetorem ipsa sola sentiret. **I**ngressus est
quidam excommunicatus qui sententiam propter suam potestatem
non curauit. **F**inita autem colloquio dicit ei **x**p's
Sicut putredo squamarum piscium periculosior est aliis
fetoribus sic excommunicatio est spiritualis anime infirmitas &
aliis nociuor **Q**uia non solum nocet excommunicato sed etiam
conuersantibus & consentientibus cum eo **S**imiliter sensit
fetorem sulphuris in naribus horribilem quando quis

ei uel cum ea uerba dolosa uel uisiosa que deum offen-
derent loquebatur. ¶ Item fuit firmata per totam custo-
diam intrinsicē xpianitatis. Equidem secundum consi-
lium sapientis. Prouer. iiii. **O**mnī custodia seruabat cor
suum Et quia dominus per prophetam Micheam iu-
dicauerat ei quid esset bonum & quid deus ab ea requi-
reret sollicita ambulabat cum domino deo suo. Vnde
dominus ad confirmandam eam ne aliquid stultum qd
loqueretur uel solo uerbo deum offēderet hanc quam
predulcem reputo gratiam ei contulit ut si quando la-
beretur in uerbo ocioso uel leui mox amaritudinē qua
si sulphuris in ore sentiret per quod se peccasse cogno-
scens mox cum lacrimis & gemitu & confessione fac-
ta satisfactionem non distulit & emendam sicut in pro-
cessu canonizationis eius ueridico testimonio cōpro-
batur. hec magister **Matheus** de Cracouia. ¶ Quod ue-
ro secundum requisitū ad canonizationem scilicet mul-
tiplicitas operatiōis miraculose fuerit in hac nobili prin-
cipissa sancta Birgitta Patet satis lucide ex processu se-
predicto ubi producta & deposita ponuntur quasi du-
centa miracula & ueridico ac autentico testimonio
comprobata de quibus miraculis multa dicta sunt sub
precedentibus festis eius scilicet translationis & natalis
& etiam inferius sub isto festo aliqua de illis tangentur
Quod autem tertium correquisitū ad canonizationē
scilicet ueritas diuulgationis prefamose fuerit in uita re-
uelationibus & miraculis eius hoc satis patet ex dictis
sub festo natalis eius & ex processu predicto. quia cū ad-
huc esset in Suetia fama uite reuelationū & miraculorū
eius diffundebatur per totum Regnum Suetie & etiā
per Regna Dacie & Noruegie Cum uero esset in Ro-
ma fama eius fuit diffusa per totam ytaliā ita ut mul-
ti prelati ecclesiarum & etiam domini temporales scri-

berent ei uel uenientes ad eam consulebant eam de sa-
lute sua Item diffusa fuit etiam usq; ad Auinionam ubi
tūc temporis Curia Romana erat ita ut papa Urbanus
quintus & Gregorius undecimus per suos confessores
ad eam transmissos requirebant eam super aliquibus se-
cretis causis & dubiis conscientie sue ut scilicet oraret
deum super his & quid pro responso in reuelatione de
his haberet renunciaret eisdem Cum uero esset in Nea-
poli facta est magna fama in curia regine Sicilie de ea
& etiam in curia domini Bernhardi pro tunc Archie-
piscopi Neapolitani qui & consuluerunt eam super cer-
tis causis & rationibus. Item in Regno Cyprī & in aliis
multis locis & simili modo factū est post mortem eius
propter miracula euidentia que deus operare dignatus
est ad fidem inuocantium eam ut satis probatur in pro-
cessu sepedicto Predicta autem diuulgatio ueridica &
prefamosa necessario requiritur ad canonitiōem. quia
sicut dicit magister **Matheus** in predicta propositione
sua quantumlibet sancta uita uel multa miracula foret
non sufficerent si occulta essent Et post modicum sub-
dit. Quo ad hoc autē q̄ disposita sit hec presens nostra
materia uidelicet reliquie sancte Birgitte quis non uide-
at cum diuina ordinatione gestum appareat q̄ tam no-
bilis principissa de stirpe regali progenita femina deli-
cata dimissis omnibus tantam partem mundi & quasi
nobiles partes xpianissimi peragraret quatenus eius uita
exemplari doctrina salutarī gratia reuelationū celestium
miraculorū operatio nota fieret toto mundo. Et infert
Ex quibus omnibus manifeste colligitur ad canoniza-
tionē sancte Birgitte plene dispositam esse materiā zc.

¶ Reuelationum excerptarū quas iam pro parte im-
pletas conspiciamus adhuc etiam implendas futuro cū

gemitu expectamus ac earum reuelationum que onus
mundi non iniuria intitulantur & sermonis defensionū
probationum ac expositionum reuelationum genero/
se uidue domine Birgitte Principisse Neretie ex Reg/
no Suetie diuinit⁹ inspiratarum Etiam regule a christo
sponso eidem tradite ab ea postea in lucem edite per
Gregorium undecimum Pōtificem maximum appro/
bate opuscula Illustrissimi Principis dñi Georgii Comi/
tis Palatini Rheni Inferioris superiorisq; Bauarie Duc/
Magnificentissimi impensis ob singularem eius in reli/
gionem deuotione & affectu directiōe ac cura Fratris
Bolfgangi Sandizeller p̄fati Principis familiaris arteq;
& diligentia & caractere polito & emendato Magistri
Eucharri Franck in Vrbe Roma omnium Principe &
patria impressione cultissimi finiunt Anno salutis. Mc/
ccclxxxv die uero prima mensis Octobris.

¶ Registrum huius libri.

¶ Sermo defensionū
liori q̄

¶ Est dictum
constructionem

¶ Quia semper
bus & reue

¶ Rapta in spiritu
in Cypro

56
¶ Oratio in laudem. S. Birgitte singularis ac luculen/
ta que in uergenti mundi fine. nūcia ambasiatrix ac le/
gata a summo xpo sponso suo missa fuit ad cōuertē/
das animas ad deū & a seculi illecebris cessandum pe/
narum metu quas minatur sumope docet ac pluadet.

Nunc autem quia de nunciis dei ad salutem
hominum missis. sermonem facio. de quo/
rum numero etiam feminas esse ostēdi. libe/
at mentis certū deflectere ad ea que in fine mūdi
uergentis ad senium pro directione ecclesie sue. deus ip/
se dignatus est nūciare per feminam illam uidelicet ge/
nerosam & gloriosam principissam de Regno Suetie
sanctam Birgittam singulare cānale & organum uocis
Ihesu christi. loquentis ad ecclesiam uniuersalem & sin/
gulos eius status quā singulariter singulare poterimus
appellare sibillam. Si enim ut premissum est Sibilla est
nunciatrix diuine uoluntatis ad homines. non inuenie/
tur in serie generationis humane. Que uerius expressi/
us & clarius uolūtatem dei hominibus reuelauerit quā
ipsa Qui ipse xps facie ad faciem / ore ad os locutus: ar/
chana sua hominibus nuncianda mandauerit. Tum in/
scriptis pro totius ecclesie informatiōe redigenda & cō/
seruāda. Tum uiue uocis oraculo certis personis & sta/
tibus referenda. Vnde tripliciter sanctā uniuersalem ec/
clesiam informauit. Vite sanctitate in exemplis in signi/
bus scriptorum suoz auctoritate: in reuelationibus cele/
stibus directionis securitate. In consiliis salubribus. Pro/
pter quod omnis fidelium multitudo eam tenetur per/
maxime uenerari & laudū preconis attollere. Si enim
ambasiatoribus & nunciis temporalium dominorum ob ex/
cellentiam mittentium: honor & reuerentia exhibetur.
Qualis honor qualisq; reuerentia debetur nuncio cele

itis imperatoris qui est rex regum & dñs dñantim &
maxime in tam arduo negotio & immenso beneficio
populis christianis exhibito **Q**uia ergo sanctissima &
gloriosa domina Birgitta legationis officio fungit sum
mi dei ad ipos christianos ac ecclesiā uniuersalē & ad
singulos eius status litteras autenticas deferens summi
imperatoris sigillo signatas .i. reuelatiōes sibi diuinitus
factas necesse est ut ois etiam fideiū eam mrem ac pa
tronā singularē amplectat ueneret & oret. Sciens qa re
uelatiōes ille facte sunt sancte Birgitte a xpo ad utilita
tem & cautelā totius ecclesie militatis. **A**d pces glorio
sissime uirginis matris dei marie principaliter & oīum
sanctorū. **V**n opus est ut oēs xpiani hanc lram summi
dei .i. has reuelatiōes summa cū reuerentia z deuotiōe
pripua suscipiant. Propter excelentiā maiestatis ipsius
imperatoris altissimi eam mittentis propter dignitatem
clementiam pietatē & piā passionem eorum qui tam
pie moti cum tantis eam instantiis impetrarunt prop
ter dignitatem & sanctitatem eam deferentis que quan
tum ad seculum erat principissa nobilis ex **R**egia stir
pe progenita. **Q**uo ad animam uero filia dei patris &
sic ab eo sepe uocata. Sponsa uero christi organum &
cannale admirabile spiritus sancti propter quod de ipsa
sancta canit ecclesia. **O** cannale mūdissimum per quod
de celi cardine fluit ut ros eloquium ignitū sancto flam
mine mentes hominum interiori lumine. **O** facies mo
saica solis choruscans radiis sanctitate magnifica mag
nis clarēs prodigiis in requie pacifica sponsi ferens en
cenniis. **O** femina mirifica cōtinuis letifica seruos tuos
presidiis. **D**ebent insuper christi fideles hanc litteram
summi regis idest has reuelationes per eam delatas re
uerenter suscipere & cum magna gratiarum actione
studere ppter eoz propriā utilitatē. In quibus pie a deo

52
Incantantur & auizantur & ad euitandū instantia peri
cula benignissime admonent. **D**icant ergo cum aposto
lo fidelis sermo & in omni acceptatione dignus. **Q**uia
xps uenit in hunc mundū .i. per reuelationes pfatas sal
uos facere peccatores. **V**nde uerificatū est in ea illud lo
elis secundo. Erit in nouissimis diebus effundā de spiri
tu meo super seruos & ancillas meas & pphetizabunt
zē. **N**ec mirādū est qd p feminā simplicē & ignarā xps
ista uoluerit nunciare. hec sunt magnalia dispōsationis
diuine que in tantū estimauit ut exultans spiritu in gra
tias patri referre dicens. **C**onfiteor tibi pater quoniam
abscondisti hec a sapientibus & prudentibus & reuela
sti ea paruulis. Sic enim prophetizatum fuerat per pro
phetam in psal. de publicatiōe z dilectione legis chri
sti quod pretores ipsius oportuit miraculose instrui &
doceri. **V**nde subdit testimoniū domini fidele sapien
tiam prestans paruulis. **H**ec autē gloriosa domina san
cta Birgitta paruula fuit per uoluntariam paupertatem
& per profundam & uerissimam humilitatem iuxta il
lud Soror nostra paruula est & ubera nō habet. **S**ed ui
deamus quid cāe sit ut cū xps cui omne iudiciū dedit
pater hanc sanctāz dñam elegerit quasi in aplām & an
nunciatricem legis & mandatorum suarū non in patria
sua manere uoluit sed eductā de patria p multa terrarū
spaciā duxit iam in byspanias z ad sanctū iacobū iam
iterum in patriā. **D**einde in ytaliā & romā. **P**ost hec i
lberusalē & terrā sanctā & i reditu ad diuersas ut in **C**y
prū in Neapolim & in alias ille regiōes exceptis diuer
sis psonis .i. summoꝝ pontificū impatoꝝ Regū Epōrū
& Principum aliorum ad quas eam christus frequen
ter misit & ire precepit. **R**euera sicut apostolos in unū
uersum orbem ire precepit ut in omnem terram exiret
sonus eorum ita hāc gloriosam & generosam dominā

Per omnes fines christianis uoluit circumire ut non
sit natio in toto orbe catholico que non sit auizata &
ammonita suis sacris exhortationibus correctionibus
& increpationibus quas per sanctam Birgittam misit in
mundum. Vnde uerificatum est in ea uerbum diuinum
dicentis ad Abraham **E**gredere de terra tua & de cog/
natione tua & ueni in terram quam monstrauero tibi.
Credo etiam in ea quodammodo uerificatum illud the/
matis preassumpti Attingit ergo a fine usque ad finem for/
titer. **C**epit enim ab ultimis partibus aquilonis a reg/
no scilicet Noruegie quo non est aliud **E**longarius in
regionibus aquilonis in quo primam reuelationem ac/
cepit & transiens totum pene occidentem peruenit usque
in Iherusalem ad partes uidelicet ultimas christianis
australes ubique sue sanctitatis exempla relinquens & di/
uina decreta de moribus corrigendum proponens. Sed
hec gloriosa & sanctissima domina sancta Birgitta toti/
iam mundo celebris & uenerabilis effecta non eget hu/
manorum uerborum efferri preconis **S**upervacuus enim
labores impendit qui sole nititur facibus adiuuare.

88
Hic incipiunt aliquae reuelationes quarti libri celestium
reuelationum sancte Birgittae a domino nostro Iesu Chri/
sto ei date.

Verba filii ad sponsam de quodam rege qualiter de/
beata augere dei honorem & caritatem ad animas Et de
sententia contra eum si non fecerit.

Capitulum Quadagesimum octauum.

Ilius loquitur. **S**i iste uelit me honorare. Minu/
at primo dedecus meum & augeat honorem me/
um. **D**edecus quippe meum est quod precepta
mea que precepi & uerba que personaliter locutus fui
contempnuntur & quasi a pluribus pro nibilo reputan/
tur. Si ergo uelit me diligere habeat ammodo maiorem
caritatem ad animas omnium pro quibus ego aperui
celum cum sanguine cordis mei. Si autem plus deside/
rat requiem que est cum deo quam dilatare patrimoni/
um suum habebit profecto maiorem dilectionem.
Et auxilium a deo reuocare locum illum Iherusalem in
quo iacuit corpus meum mortuum. **D**ic insuper tu qui
hec audis. **E**go deus promisi eum coronari ideo ad ipsum
pertinet plus sequi uoluntatem meam & me super om/
nia honorare & diligere. **Q**uod si non fecerit breuiabun/
tur dies eius. **N**am quoque qui carnaliter eum diligunt se/
perabuntur ab eo cum tribulatione. **R**egnumque eius in
plures partes diuidetur &c.

Visio sponse sub figura ecclesie de eius expositione
in qua continentur modus & status quos papa debet te/
nere respectu sui & respectu cardinalium & aliorum prela/
torum sancte matris ecclesie. Et quammaxime in statu
humilitatis.

Capitulum Quadragesimum nonum.

UNi persone uidebatur quasi q̄ esset in magno choro & apparuit sol magnus & lucens. **D**ueq; sedes quasi predicatorum in choro erant. Vna a dextris Aliaq; a sinistris. **D**istātes a sole longo spacio z interuallo. **D**uoq; radii de sole ad sedes procedebant. **T**unc uox una audiebatur de sede que ad sinistram p̄tor: iustusq; iudex. Ecce uicarius tuus qui sedet in se de tua in mundo reduxit iam sedem suam in antiquū & priorem locum ubi sedit primus papa Petrus qui fuit princeps apostolorum. Respondit uox de dextera se de dicens. **Q**uomodo inquit poterit intrare in sanctā ecclesiam. In qua foramina cardinum sunt plena rubigine & terra. Ideo & postes inclinati sunt ad terram q̄ in foraminibus non est locus ubi uncini imprimant q̄ postes debent sustentare. **U**ncini quoq; sunt exēsi ad plenum: nihilq; curuati ad postes tenendum. **P**auimentum uero totum effossum est & conuersum in foueas profundas ad modum puteorum profundissimoz qui nullum omino habent fundum. **T**ectum autem est litum pice & ardet de igne sulphureo stillans quasi pluuia densa. **D**e nigredine uero z spissitudine fumi qui de abisso fossarum & de stillicidiis tecti ascendit. **O**mnēs parietes maculati sunt & ita deformes in colore ad intueudum quasi sanguis cōmixtus putrida sanie. Ideo amicum dei non decet habere mansionem in tali templo. Respondit uox de sede ad partem sinistram. **E**xpone inq; spiritaliter que dixisti corporaliter. **T**unc ait uox **P**apa simulatur z designatur in postibus. In foraminib; uero cardinum significatur humilitas que sic uacua debet esse ab omni superbia ut nihil appareat in ea nisi q̄

59
pertinet ad officium humile pontificale. Sicut foramen debet esse uacuum totaliter a rubigine. Sed iam foramina. i. humilitatis insignia sunt ita repleta sup̄uitatibus & diuiciis & facultatibus que ad nihil aliud custoduntur & possidentur nisi ad superbiam q̄ nihil apparet humile. **Q**uia tota humilitas conuersa est in mundanā pompam. Ideo non mirum q̄ papa qui simulatur in postibus inclinatus est ad mundalia que significantur in rubigine & in terra. **P**ropterea papa incipiat ueram humilitatem in seipso. **P**rimo in apparatu suo in uestibus in auro & in argento & ualis argenteis. In equis & aliis utensilibus segregando de eis omnibus sola necessaria sua. **A**lia uero erogando paupib; & specialiter his quos nouerit amicos dei. **D**einde moderate disponat familiam suam & necessarios habeat famulos qui uitam suā custodiant. **Q**uia licet in manu dei est quando eum uelit uocare ad iudicium. Iustum tamen est q̄ habeat famulos p̄pter roborandam iusticiam z ut eos qui se contra deum & sanctam ecclesie consuetudinem erigunt ualeat humiliare. In uncinis uero qui postibus coniunguntur significāt cardinales q̄ excēsi z effusi sunt inquātū ualent ad omnem superbiam: cupiditatem: & carnis delectamentum. Ideo recipiat papa in manu malleum & forpicem & flectet cardines ad uelle suū. **N**ō pmittendo eos habere plura de uestibus. de familia. de & utensilibus nisi quantum requirit necessitas & usus uite. **F**lectatq; forpice id est leuib; uerbis & consilio diuino paternaq; caritate quod si noluerint obedire recipeat malleum ostendendo eis seueritatem suam faciendoz quicquid poterit quod tamen non sit contra iusticiam donec flectantur ad uelle suum. In pauimento autem significantur ep̄i & clerici seculares quoz cupiditas nul-

lum habet profundum. De quorū superbia & uita luxu-
riosa procedit fumus. ob quem ab hominibus oēs an-
geli in celis & amici dei in terris. Ista emendare potest
papa in multis si unumquēq; permittit habere necessa-
ria non superflua. Precipiatq; unicuiq; Episcopo atten-
dere ad cleri sui uitam. Et omnis quicūq; noluerit emē-
dare uitam suam & stare in continentia: priuetur omni
no prebenda sua. Quia carius est deo q̄ in illo loco nō
dicatur missa q̄ q̄ manus meretrices tangāt corpus dei.

¶ Verba querimonie Christi de iniquis Romanis ad
sponsam. Et de sententia crudeli contra eos a Christo
illata si in peccatis suis moriantur.

¶ Capitulum Decimum.

Illius dei loquitur uerba hec dicens. **O** Roma tu
mibi p̄ multis beneficiis malam retributionem
rependis. Ego sum deus qui omnia creauī meāq; ma-
ximam caritatem per corporis mei durissimam mor-
tem manifestauī quam propria uoluntate pro animarū
salute sustinui. Tres itaq; uie sunt quibus te adire uolui
Et uere in omnib⁹ eis tu me p̄dere uoluisti. In prima. n.
uia lapidem magnum suspendisti super caput meum:
ut me contereret. In secunda uia acutam lanceam posu-
isti. Que non sineret me ad te procedere. In tertia uia
foueam mihi fodisti ut in eam in caute cadens suffoca-
rer. Sed ista que iam dico non corporaliter sed spiritu-
aliter debent intelligi. Ego quidem ad habitatores Ro-
me qui taliter faciunt loquor sed non ad amicos meos
qui eorum opera non sectantur. Prima itaq; uia qua ue-
nire solitus sum ad cor hominis est uere timor dei sup-
quem homo ingentem suspendit lapidem. Hoc est ma-
gam cordis duri presumptionem non timens iudicem

10
cui nemo resistere potest. Sed ita in corde suo dicens.
Si uenerit ad me timor dei contereret eū presumptio cor-
dis mei. Secunda uia qua uenio est diuini cōsiliū infu-
sio que etiā multociens aduenit predicationibus & do-
ctrinis. Tunc nempe in hac uia homo lanceam ponit
contra me dū delectabiliter peccat cōtra precepta mea
p̄ponens firmiter in malis suis perseverare donec non
poterit ea amplius usare. Hec certissime est illa lancea
que non sinit ad eum uenire gratiā dei. Tertia autē uia
est illuminatio sp̄itus sancti in cuiuslibet hominis cor-
de per quam homo intelligere potest & pensare que &
quāta pro eo feceram & qualia pro ipso passus fuerā in
meipso. In hac siquidem uia homo p̄fundam mihi fo-
dit foueā sic dicens in corde suo. Quicquid mihi libet
hoc mihi sua caritate carius est. Sufficit enim mihi de
his que in hac uita me delectant cogitare. Et sic diuina
caritas una cum operibus meis quasi in p̄funda fouea
ab eo suffocatur. Vere habitatores Rome hec omnia
mihi faciunt & certissime uerbis & opibus hec osten-
dūt uerba & opera mea p̄ nibilo reputantes. Mihiq; &
matri mee ac sanctis meis in ioco & serio. in leticia &
ira maledicētes & cōtumelias p̄ gratiarū actionibus of-
ferentes. Illi quidem non uiuunt iuxta consuetudinem
xp̄ianorū sicut ecclesia precepit. Quia maiorem carita-
tem non habent ad me q̄ demones qui magis miserias
suas sustinere uolunt eternaliter suāq; militiā retinere q̄
me uidere. Mihiq; in p̄benni gloria adherere. Sic utiq;
sunt illi q̄ corpus meū nolunt accipere q̄ de pane in al-
tari sicut ego ipse cōstitui consecraui. Cuius perceptio iu-
uat maxime cōtra diabolica tēptamenta. O quam mi-
seri sunt qui tale iuuamē dum sani sunt magis q̄ uenenū
respuunt & abhorrent qui nolunt se a peccatis refrenare
¶ Nunc igitur per unam uiam eis incognitam ueniam

cū potētia deitatis mee. **V**indictā mee humanitatis cō/
tētorib⁹ inferēdo. Et sicut ipsi mihi tria obstacla in uiis
suis ne ad ipsos ingrediar pauerūt. Ita ego alia tria ipsis
pabo quoz amaritudinē uiuī z mortuī sentiēt & gusta
būt Lapis itaq; meus mors ē subitanea z inprovisa q̄ sic
eos conteret q̄ omnia que habent ad iocunditatem suā
hic remanebunt & sola anima ad iudiciū meum ueni
re compelletur. **L**ancea uero mea est iusticia mea que
ita eos a me remouebit q̄ nūquam gustabunt bonitatē
meam qui eos redemi z nunq̄ uidebunt pulchritudinē
meam qui eos creauī. Fouea autē mea est inferni tene/
brosa obscuritas. In quam ipsi cadēt uiuendo ibi in mi
seria sempiterna. **O**mnes angeli mei in celo & omnes
sancti condemnabunt eos. **O**mnes quoq; demones om
nesq; anime in inferno maledicent eis. Sed illos noto z
de illis hec dico qui ita dispositi sunt sicut est dictum su
perius. **S**ive fuerint religiosi siue seculares: clerici siue la
ici: siue mulieres siue iplaz filii & filie qui ad tantam ue
nerunt etatem q̄ intelligunt deum omnia peccata uetu
isse. Et nihilominus tamen peccatis se implicant uolū
tarie amore dei excluso ei⁹q; timore paruipenso. **V**erū
tamē talis est mihi adhuc uoluntas qualis fuit mihi pē
denti in cruce. Idem enim sum modo qui tunc fui q̄n
latroni misericordiam petenti peccata omnia dimisi z
celi portas aperui. **A**lteri quoq; latroni me contemnen
ti inferni claustra patefecī ubi pro peccatis suis eternali
ter crutiatur zc.

Informatio optima sancte Agnetis ad filiā ad bene z
laudabiliter uiuendū: & ad malā uitā & deo ingratā pre
cauendū. In qua fortitudo & patientia per currum. per
quor uero rotas designant iste quatuor uirtutes. s. pfecte
omnia relinquere ppter deum humilitas & deū sapien

ter intelligere: carnemq; discrete refranare. **E**t ponuntur
quedam alia de religiosis.

Capitulum Decimumseptimum.

Agnes loquitur spōse Christi. Vidisti inquit do
minam superbiam in curru superbie hodie: **Q**ui
sponsa respondit. **V**idi inquit & tabescebam. quia caro
& sanguis: puluis & stercus se ibi laudari querit ubi me
rito debet se humiliare. **Q**uid enim est talis ostentatio
nisi p̄diga. **B**onoz consumptio. **V**ulgi admiratio iusto
rū tribulatio. **P**aupez desolatio. **D**ei puocatio. **S**ui ipsius
obliuio. **I**udicii futuri grauior diiudicatio. **E**t dispendiū
animaz. Respondit Agnes. **G**aude filia quia a talibus
erepta es propterea describer tibi currū quendā uolo in
quo te secure poteris reclinare. **C**urrus itaq; in quo sede
re debes est fortitudo & patiētia in tribulationibus. **C**ū
enim homo carnē refrenare ceperit & totam uoluntatē
suā deo cōmittere. **A**ut sollicitat mentem superbia que
hominem eleuat a se & supra se quasi similis sit deo &
hominibus iustis. **A**ut certe frangit impatientia & indi
cretio ut uel redeat ad solita uel deficiat in uiribus ut
ineptus sit in labore dei propterea est opus patientia di
creta ut nec impatiens retrocedat nec indiscrete perse
ueret sed & uiribus & temporibus se conformet. **P**ri
ma uero rota currus istius est uoluntas perfecta omnia
relinquendi ppter deum nihilq; desiderare nisi deum.
Nam sunt multi qui temporalia relinquunt eo fine ut ad
uersitatibus careāt & ut nihil eis desit ad utilitatē & uo
luntatē. **Q**uoz rota nō est bene ductilis & uersatilis. ga
cū punit paupertas desiderant sufficientiam. **C**ū gra
uat aduersitas regunt p̄spera. **C**um tēptat eos delectio
murmurāt de dispositōe diuina & affectāt honores. **C**ū
eis p̄cipiunt cōtraria querūt proprias libertates. **E**rgo il
la uoluntas est deo placita q̄ nihil de suo habere deside

rat nec in prosperitate nec in aduersitate. **S**ecunda rota est humilitas qua homo reputat se ad omnia bona indignū ponens ante oculos suos omni hora peccata sua reum se existimando in conspectu dei. **T**ertia rota est diligere deum sapienter. Ille plane sapienter diligit qui seipsum circūspiciendo odit uicia sua. **Q**ui contristat de peccatis pximorum & parentum suorum. **L**eta uero de spiritali eorum pfectu ad deum. **Q**ui amicum suum nō optat uiuere ad utile & commodum suū ppiū sed ut deo seruiat. **T**imetq; ei plus de mundano processu ne forte offendat deum talis enim est sapiēs dilectio odiendo uicia nō fauendo propter fauorem uel honorem eosq; plus diligendo quos in amore dei uiderit feruentiores. **Q**uarta rota est refrenatio discreta carnis qui cunque est in coniugio & cogitat sic. **E**cce inquit trahit me caro inordinate. Si uixero secundū carnē scio pro certissimo qd irasciē cōditor carnis qui plagare pōt & infirmare qui occidet & iudicabit. **I**deo ob amorem & timorē dei refrenare uolo beniuole carnē meam. **V**i uere modo debito & ordinato ad honorē dei. **Q**uicūq; taliter cogitans petit adiutoriū dei eius rota accepta erit deo. Si uero religiosus est & cogitat sic. **E**cce trahit me caro ad deliciola offert se etiā locus tempus & bona & etas ad delectandū actum adiutorio dei nolo peccare ppter pfectionem sanctā & momentaneū delectationis bonum magnū quippe est quod uoui deo pauper ingressus sum pauperior egrediar. **I**udiciū de cūctis sum facturus. **I**deo ne offendā deum meū ne scandalizē pximum meū. **N**e meipsum faciam pūrum abstinere uolo. **T**alis abstinencia digna est mercede magna. **S**i uero aliquis est in honore & deliciis & cogitat sic. **E**cce ego abundo in omnibus & pauper deficit & tñ unus deus est omniū. **Q**uid promerui ego & quid demeruit ille.

62
Quid uero tot deliciae nisi nausea & occisio infirmitatis perditio tpris & peccati inductiuū. **I**deo refrenabo carnem meā ne in ea uermes lasciuiant. **N**e grauius iudicium subeas. **N**e tēpius penitentie inaniter expendā. **E**t si forte caro male educata non poterit faciliter flecti ad grossiora ut pauper subtrahā tñ ei paulatiue delictiora aliqua sine quibus bene pōt subsistere ut necessitatem habeat nō superfluitatē. **Q**uicūq; ergo sic cogitat & faciendo conatur sicut pōt hic & cōfessor & martir uocari pōt. **Q**uia martirii genus est delicias habere & deliciis non uti. **I**n honore esse & honorem cōtemnere. **M**agnū esse apud hōines & minima de seipso sentire. **I**taq; talis rota multum placet deo. **E**cce filia currū figurā tibi cuius auriga angelus tuus est. **S**i tñ frenum eius a collo tuo non excusseris. i. si inspirationes eius salubres nō diuiseris sensus tuos & cor tuum ad inania & scurrilia relaxando. **N**unc etiam currum in quo domina illa sedebat dicere tibi uolo. **C**urrus plane in patientia eius est scilicet contra deum & contra proximum & contra seipsam. **C**ōtra deum iudicando occulta iudicia eius qd non prosperatur ad uotum. **M**alignando contra proximum quia non consequit bona eius impatiens quoq; in seipsa est occulta cordis sui impatienter ostendendo. **H**uius currus rota est prima superbia preferendo se aliis & alios iudicando. **C**ontemnendo humiles & bonorum dei que inducit in cor eius excusationem infirmitatis sue leuigationem culpe sue presumptionē cordis malicieq; defensionem. **T**ertia rota est cupiditas mūdi alii que inducit ei pdigalitem in expendēdo que habet negligentia & obliuionē sui & futuroz. **A**nxiatē cordis. **T**epiditatem ad amorē dei. **Q**uarta rota est sui ipsius amor per quem excludit a se dei sui reuerentiam

& timorem finemque suum & iudiciū nō attēdit. **Huius** currus auriga est diabolus qui eū ad omnia que miserit in cor eius facit bilarem & audacē. **Duo** uero equi qui trahūt currū. **Spes** longe uite & uoluntas peccati usque in finē. **Frenum** uero pudor confessionis est qui quidē pudor sic per spem lōge uite & uoluntatē perseuerandi in peccato trahit animū a recto tramite & in peccato sic onerat quod nec terrore nec pudore nec admonitione sequi potest. **Sed** cū stare firmiter se credit nisi iuuante gratia dei descendit in profundum.

Verba sponse notanda de urbe Romana sub forma questionis proponētia consolationē & deuotionē & ordinationem antiquitatis omnium Romanorum. scilicet tam clericorum quam laicorum etc. **Quare** nūc prochdolor omnia ista cōuersa sunt in desolationē & inordinationem & abhominatōnem sicut patet in omnibus supradictis quod infelix sit corporaliter & spiritualiter.

Capitulum Trigesimumtercium.

Domine reuerēde inter alias collationes intimetur domino quod flebilis est status urbis que quondā extitit felix corporaliter & spiritualiter. **Corporaliter** quidem quia eius seculares principes qui eius defensores esse deberent facti sunt ei seuiissimi raptōres. **Et** ideo domus eius destructe sunt ac multe ecclesie penitus desolate. In quibus ossa benedicta sanctorum continentur que gloriosis miraculis eboruscant quorum anime in regno dei sublimiter coronantur. **Templa** etiam ipso rum tectis destructis & clausuris ablatis in latrinas mutata sunt hominum. canum & bestiarum. **Spiritualiter** uero infelix est urbs ista quia multe constitutōes quas sancti pape ex infusione sancti spiritus ad dei laudē & animarum salutem in ecclesia statuerūt iam delete sunt

63
Pro quibus prochdolor multe noue abusiones ex maligni spiritus infusione ad dei irreuerentiam & animarum deperditionem sunt assumpte. **Constitutio** quippe sancte ecclesie fuit quod clerici ad sacros ordines procederent beatam uitam habendo deo iugiter seruiendo deuote. **Aliis**que uiam celestis patrie bonis operibus ostendendo. **Et** talibus dabantur ecclesie redditus. **Sed** contra hanc ecclesie consuetudinem orta est abusio grauis in hoc quod laicis bona donantur ecclesie qui uxores non ducunt propter nomen canoniale sed impudenter habent concubinas in domibus suis per dies & in letis per noctes dicētes audacter. **Nos** non licet esse in coniugio quia canonici sumus presbiteri & diaconi & subdiaconi. **Olīm** infamiam immunde uite maxime abhorrebant. **Nunc** autem quidam illorum manifeste letantur ex eo quod meretrices eorum intumescēte uentre cernunt inter alias ambulare. **Nec** etiam pudet eos si ab amicis eorum dicitur eis. **Ecce** domine cito natus erit uobis filius uel filia. **Ideo** tales inscius uocandi sunt leuones diaboli quam ordinati clerici summi dei. **Sancti** etiam patres **Benedictus** & alii ordinauerunt regulas ex licentia summorum pontificum construētes monasteria in quibus abbates cum fratribus residere solebant horas nocturnas & diurnas deuote celebrando & monachos ad bene uiuendum sollicitē informando. **Tunc** certe iocundum fuit monasteria uisitare quando die noctique agebatur hora & gloria deo in monachorum cantu. **Criminosi**que corrigebantur ex ipsorum pulcherrima uita & boni confortabantur ex diuina informatione prelatorum. **Nec** nō & anime in purgatorio existētes propter eorum deuotas orationes beatam requiem obtinebant. **Tunc** etiam ille **Monachus** in maximo habebatur honore qui regulam suam optime seruabat &

uenerabatur a deo & hominibus. **Q**ui uero regulam tenere non curabat sciebat indubitanter se dānum & scandalum incursum. **T**unc etiam omnis homo discernere & agnoscere poterat ex habitu quē monachū esse. **S**ed contra istam honestissimā cōstitutionem orta est detestabilis abusio in plerisq;. **A**bbates namq; frequentius in castellis suis & ubicunq; eis placet intra urbem & extra cōmorantur. **I**deo dolorosum est nūc uisitare monasteria. **P**aucissimi enim monachi nunc in choro esse uidentur horarum tempore & aliquoties nulli. **U**bi etiā paz legitur & quandoq; nihil cantatur & adhuc multis diebus misse non dicuntur. **D**e quoz mala fama boni molesantur & mali de eorum mala conuersatione grauiter peiorantur. **T**imendum quoq; est q; pauca anime ex talium orationibus in penis suis aliquid consolationis obtineant. **M**ulta etiam monachorum habitacula sunt in urbe & quilibet habet domum per se quoz alii quā amicis aduenientibus filios pprios amplexant cū gaudeo dicentes. **E**cce filius meus. **V**ix etiā agnosci potest monachus nūc in habitu. **N**ā tunica que olim pedes solebat attingere uix nunc operire potest genua. **M**anice uero ipsorum nūc arte sunt & orate que olim honeste esse solebat & late. **G**ladiusq; appendit lateri pro stilo & tabulis. **E**t uix reperitur in eo unicū uestimentum in quo monachus intelligi possit preter unū scapulare quod multociens occultatur ut a nemine uideatur tanquam scandalum sit aliquod portare monachale uestimentum. **A**liquos etiam non pudet lorica & alia arma habere sub tunica ad hoc ut post crepusculum facere ualeant quod eos delectat. **F**uerunt etiam sancti qui magnas reliquerunt diuitias inchoantes regulas cum paupertate qui omnem cupiditatem contempserunt & ideo aliquid proprium habere uoluerunt. **A**b

54
horrebant omnem superbiam & mūdi pompam operientes se pauperrimis uestibus. **C**arnis concupiscentiam summe detestantes & ideo puram uitam tenuerunt. **I**sti itaq; eorumq; fratres dicuntur mendicantes quorum regulas summi pontifices confirmauerunt gaudentes q; aliqui ad honorem dei & animarum commodū talem uitam assumere uoluerunt. **S**ed iam tristitia est eorū etiam regulas cernere immutatas in detestabiles abusiones & minime teneri. **S**icut Augustinus **D**ominicus & franciscus ex inspiratione spiritus sancti dictauerunt. **Q**uos multi diuites & nobiles longo tempore optime tenuerunt. **M**ulti quippe iam inueniuntur homines qui diuites uocantur qui tamen in clenodiis & pecuniis pauperiores sunt illis qui paupertatem professi sunt sicut utiq; uolat de eis fama. **E**t ideo pleriq; eorum habent proprium quod eorum regule renouerunt plus gaudentes de proprio execrabili q; de paupertate sanctissima & gloriosa. **G**loriantur quoq; quia in habitu suo habent pannū eque ac tam carum & preciosum sicut diuites episcopi in suis uestibus. **I**tem quedam monasteria per beatum **G**regorium & alios sanctos ad hoc sunt constructa ut sic in eis mulieres recluderentur quatenus uix in diebus uideri possent. **N**unc autem abusionem in se continent nimis grauem in eo quod porte indifferenter clericis & laicis quibus placet fororibus introitum dare & in ipsis noctibus sunt aperte. **E**t ideo talia loca similia sunt lupanaribus quam sanctis claustris. **C**onstitutio etiam erat ecclesie q; nullus pro audientia confessionum pecuniam reciperet sed p litteris sicut esset iustum de personis litterarum testimoniis uere indigentibus. **U**nde licuit penitentiis pecuniam acceptare. **S**ed contra ista incepta est abusio per hunc modum q; diuites persone quantū eis placet facta con-

fessione offerunt. Sed pauperes anteq̃ audiantur cum penitentiario pactum facere compelluntur. **E**t certe dū penitentiarii oretenus absoluunt non uerecundant̃ manibus suis sibi pecuniam inbursare. Item in ecclesia statutum fuit ut quelibet persona peccata sua confiteretur & ad minus semel in anno acciperet corpus Christi & hoc quo ad populum laicalem. **N**am clerici & claustrales hoc sepius faciunt in anno. **S**ecundum fuit statutum q̃ qui non possunt esse continentes uiuerunt in cōiugio. **T**ercium fuit q̃ omnes xp̃iani ieiunarent in quadagesima & in quatuor temporibus & aliarum festiuitatum uigiliis que pene omnibus permanent satis note. **N**isi illi qui graue infirmitate aut in magna angustia essent cōstituti. **Q**uartum fuit constitutum q̃ in diebus festiuis ab omni mūdialiū labore unusquisq̃ abstineret. **Q**uintum fuit statutum q̃ nullus xp̃ianus pecuniā siue aliquid tale lucrari deberet per usuram. **S**ed contra hec quinque statuta optima supradicta oritur quinq̃ abusiones inhoneste & grauiter nociue. **P**rima est q̃ centum persone que ad annos discretionis uenerunt sic in Roma q̃ nunquam fecerunt confessionē nec corpus xp̃i acceperunt magisq̃ quam ueri ydolatre peccant. **N**am pro qualibet persona que confessionem facit & corpus Christi recipit semel in anno solum fecisse satis est exceptis sacerdotibus & religiosis & feminis aliquibus. **S**ecunda abusio est q̃ multi legitimas uxores accipiunt q̃ si cum uxoribus habent discordiam deserunt eas quam diu placet auctoritate ecclesiastica minime reglata summentes adulteras pro uxoribus easq̃ p̃ honore habentes & diligētes. **A**liq̃ etiā adulteram cū uxore in eadē domo h̃re non abhorret gaudentes q̃ in eadē domo eas audiunt simul parturire. **T**ertia abusio est q̃ multe p̃sone sane in ipsa q̃dragesima uescunt̃ carnibus

bs
& de multitudine pauci sunt qui una comestione in die contentantur. **E**tia inueniunt̃ aliq̃ qui in die se a carnibus abstinent utētes cibis q̃dragesimalibus sed in nocte in priuatis hospiticiis carnibus satiantur. **C**erte clerici una cum laicis hec exercēt q̃nq̃ qui **S**arracenis sunt similes qui in die ieiunāt & in nocte faciantur carnibus. **Q**uarta abusio est q̃ quis aliq̃ operarii a labore per dies festiuos abstineat t̃n diuites aliq̃ mercenarios suos ad laborandū in uineis. ad arandū in agris. ad excidendū in siluis. ad ferendūq̃ illa in sua domicilia p̃ dies festos mittere nō desistūt. **E**t sic pauperes nō maiori gete diebus festiuis q̃ ferialibus gratulari. **Q**uinta abusio est q̃ xp̃iani ita sicut iudei exercent usurā. **E**t uere xp̃iani usurarii cupidiores sunt iudeis. **I**tem statutum ecclesie fuit q̃ tales homines quales iam munerati sunt anathemate domarentur. **C**ontra que talis abusio inchoata est. **M**ulti quippe non magis abhorrent maledictionē quam benedictionem. **Q**uia etiam se excommunicatos nouerūt publice sancte ecclesie introitū uel conuersationē hōim seu colloquia nō curāt euitare. **P**auci. n̄ presbiteri excomunicatis ecclie ingressum prohibent. **P**auci etiā excomunicatoz conuersationem & colloquia abhominant̃ si eis aliq̃ amicabilem cōiuncti sunt. **N**ec etiam excomunicatis si diuites sunt sacra sepultura denegat. **I**git̃ domine nō miremini si nominaui romā urbē infelicē p̃ talibus abusionib⁹ & multis aliis ecclesiasticis statutis grauiter cōtrariis. **Q**uare timendū est catholicā fidē in breui deperire. **N**i talis uenerit q̃ deum sup̃ oia & p̃ximū suū sicut seipsum diligat fide nō ficta oēs abusiones abolēdo. **C**ōpatimini g̃o ecclie & ei⁹ clerico q̃ toto corde diligit deū abhorretes oēs malas cōsuetudines q̃ p̃pter absentia pape q̃si orphani fuerūt t̃n filialiter p̃ris sedē defenderūt p̃dicatorib⁹q̃ sapiēter resisterūt

in multis tribulationibus perseverando.

Verba uirginis ad filiā ostendētia quī sunt amici dei
Et quomodo pauci inveniuntur modernis temporib⁹
assignando omnem statum tam laicorum q̄ clericorū.
Et que est causa quare deus diues dilexit paupertatem.
Et quare elegit pauperes & non diuites. Et ad quem su-
nem diuitie fuerunt concessę.

Capitulum Septuagesimum sextum.

Mater loquitur sponse Christi. **C**ur turbaris filiā?
Quia inquit timeo mitti ad induratos. Et mater.
Vnde intelligis inquit induratos aut amicos dei? At il-
la. **N**escio discernere. Nec de aliquibus audeo iudicare.
Quoniam duo homines mihi ostensi prius sunt quorū
alter humiliss⁹ & sanctiss⁹ iudicio hominum ap-
parebat. **A**lius uero largus & ambiciosus. **Q**uorū in-
tentio & uoluntas discordabat ab opere. **H**ec uebe-
menter circuerunt intellectum meum. **R**espondit ma-
ter. **E**x his que aperte uidentur mala: iudicare per mitti-
tur animo scilicet compaciendi & corrigendi. **D**e his
uero quo animo fiunt non sunt certa & iudicare non est
tutum. **P**ropterea iudicare tibi uolo quī sunt amici dei.
Scito itaq; illos esse amicos dei q̄ in acceptis donis dei
timidi sunt & pro his omni hora regraciantur deo. **S**u-
perflua non requirunt. **S**ed de datis contentantur. **S**ed
ubi inueniuntur illi tales. **I**nquiramus primo in commu-
nitate. **Q**uis est qui dicat sufficit: maiora non requiro.
Inquiramus in militātib⁹ & dominis aliis. quis eorū
cogitat taliter. **B**ona que habeo hereditate acquisiui &
de his sustentamētum meum moderatum iuxta statū
deo & hominib⁹ cōueniēte requiro. cetera uero deo
& pauperibus communicabo. **S**i uero bona ista here-

bb
ditaria scirem acquisita male aut restituerem aut dimit-
terem consilio electorum spiritualium seruoꝝ dei. **O** si
lia talis cogitatio rara est in terra. **I**nquiramus etiam in
regibus & in ducibus quis stat in laudabili suo statu.
Ille quippe est rex qui in moribus suis est sicut Iob in
humilitate sicut dauid. **I**n zelo legis ut phinees. ut moi-
ses in mansuetudine & lōganimitate. **I**lle quoq; est dux
qui regis exercitum regit & informat ad prelia. **Q**ui fi-
duciam habet in deo & timorem ut Iosue. **Q**ui utilita-
tem domini sui plus querit q̄ propriam ut Iobab. **Q**ui
zelum legis & commodum proxim⁹ diligit ut Iudas
machabeus. **T**alis dux similis est **V**nicorno qui acutū
habet cornu in fronte & sub cornu lapidem preciosum
Quid autem est cornu ducis nisi cor uirile ducis quo
pugnandum est fortiter hostesq; fidei ferendi. **L**apis
uero sub cornu ducis est caritas diuina que iugiter in
corde manens reddit eum ad omnia agilem & inuictū
Sed nunc duces similiores sunt edis lasciuis q̄ unicolor-
nis quia ubiq; pugnant pro carne nō pro anima nec p̄
deo. **I**nquiras ergo in regibus quis eorum nō grauat
subditos suos propter superbiam suam. **Q**uis tenet sta-
tum suum iuxta redditus corone. **Q**uis restituit ea que
corona detinet iniuste. **Q**uis est qui occupet se ad faci-
endam iusticiam propter deum. **V**tinam filia tales in
mundo reges appareant ut glorificetur deus. **I**nquira-
mus insuper in clero quorum est diligere continētiam
paupertatem & deuotionem. Et certe hi etiam a uia re-
cesserunt. **Q**uid autem sunt clerici nisi pars & elemosi-
narii dei ut uiuentes de oblatione dei tāto essent humi-
liores & ad deum feruētiores quāto a curis mundi plus
debent esse segregati. **I**deo & a tribulatione & a pauper-
tate primum surrexit ecclesia ut deus esset hereditas eo-
rum & non in mundo nec in carne sed in deo gloriant.

Sec nūquid inquit filia nō potuisset deus elegisse reges
& duces ad apostolos & tunc per eos hereditate terre/
na dotata fuisset ecclesia? Potuisset quidē sed diues de/
us uenit in mundū pauper ut terrena ostēderet transito/
ria esse. Et ut homo exēplo domini sui addisceret nec
erubesceret paupertatem sed ad ueras diuitias & celestes
festinaret. Ideo cū paupere piscatore inchoauit pulcher/
rimam dispositionem ecclesie & posuit eum in locum
suum ut sorte domini non de hereditate uiueret in hoc
mūdo. Itaq; a tribus bonis incepit ecclesia. Primo a fer/
uore domini. Secundo a paupertate. Tercio ab effectū
uirtutum & miraculorum. Hec tria quoq; fuerunt in
beato petro apostolo. Nam habuit feruorem fidei qn
libera uoce deū suū cōfessus est & p eo mori nō dubi/
tauit. Habuit etiam paupertatem qn circumeundo mē
dicabat z laborando manibus se pascebat. Verūamen
in spiritalibus erat diues. q; maius est quando scilicet
claudio dedit grossum quod nullus principū potuit.
Cui unde aux & argentum daret non habebat. Sed nū/
quid non obtinuisset aurum qui suscitauit mortuos si
uoluisset. Vtiq; Sed exonerauit se ab onere diuiciarū
ut expeditus intraret celum & ut magister ouium hu/
militatis exemplum daret ouibus. Quia humilitatis z
paupertatis aut spiritalis aut corporalis ingressus est in
celum. Tercio fuit in eo effectus miraculorū quia pre/
termisissis altioribus etiam ad umbram Petri firmi sunt
sanati. Ergo quia Petrus habuit secum perfectionem
uirtutum que est contentari de necessariis. Ideo lingua
eius clauis celi scā est z nomē ei⁹ in bñdictōe ē in celis
z in terris. q uero nōia sua uocauerūt in terris z stercora
i. terrena dilexerūt neglecti sunt in terris. Sed in libro iu/
sticie horribiliter sunt descripti. Veruntamē deus ostē/
dere uolens quod nec paupertas Petri nec aliorum san

ctorū coacta erat sed spontanea. Ideo incitabat animos
multorum ad largiendum eis sed ipsi plus in paupertā/
te quam in sentibus diuiciarum gloriabantur. Propter/
ea & quanto plus abundabat in eis paupertas tanto de/
uotio cumulatius augebatur. Et quid mirum. Qui .n.
partem suam gaudium posuerunt deum quomodo po/
terat eis abesse deus. Qui uero diuitias mundi appetē/
bāt quomodo poterat eis dulcescere deus. Immo perē/
grinus erat in oculis eorum. Processu uero temporis ut
amici dei feruentiores & expeditiores essent ad predi/
cta dum uerbum dei & ut sciretur q non diuitie male
sunt sed abusus eorum. Ideo sub Siluestro & aliis bona
temporalia ecclesie data que uiri sancti longo tempore
ad solam necessitatem suam & amicorum dei & pau/
perum sustentationem dispensabant. Ergo tales scito
amicos dei qui contentantur de dispēatione dei. Qui
& si tibi nō sunt cogniti filius meus subtilius uidet eos
Quia in duro metallo multociens inuenitur aurum &
de duro silice extrahitur scintilla ignis. Vade itaq; secu/
ra quia prius clamandum est & postea faciendū. Quia
nec filius meus in carne manens omnem simul iudeā
conuertit. Nec apostoli simul & semel gentilitatem. Sed
tempora longiora habenda sunt ad perficiēdum opus
dei.

Informatio discreta & utilis de modo uiuendi cleri/
corum tam spiritaliter quā corporaliter a Christi spō/
sa edita & a deo sibi inspirata.

Capitulum Octuagesimum.

Primo igitur tibi consulo ut maneat in hospicio
tuo ppe ecclesiam uestrā sancte Marie uirginis.
Vnū famulū tm tecū habeas. Et totū illd q deducti ne/
cessariis expēis de tuis redditibus supfuerit statim red/
das tuis creditorib⁹ eisdē plenarie d debiti satisfaciēdo

Quoniam non est licitum nec rationabile multas pecunias dare pauperibus seu diuitibus amicis & parentibus priusquam omnia debita plene fuerint persoluta. Et quando debita tua totaliter persoluta fuerint tunc omnia que tibi & famulo tuo deductis expensis superfuerint ad dei honorem distribue pauperibus & indigentibus. Clericalem habeas habitum honestum & utilem diligenter attendendo ne in qualitate panni seu in forma uestimentorum tuorum aliqua pompa seu uanitas notari possit sed sola honesta necessitas & utilitas corporalis. Duobus .n. paribus uestimētorum tantummodo sis contentus. Vnum scilicet pro diebus festiuis & alterum pro reliquis diebus quotidianis. Nec etiam plura quam duo paria caligarum seu calceorum habeas. Et quicquid de tuis uestibus super est commutes in alios tuos usus aut in solutione tuorum debitorum. Vestimenta linea omnino deponas tam noctibus quam diebus per hunc annum ecclesiam tuam scilicet beate marie per hunc annum habere pro ecclesia claustrali. Primo pro eo scilicet quod si forte prius in ea inique steteris propter aliquam superbiam sic de cetero in eo resideas in honorem humillime uirginis Marie pro diuina obedientia. Et si forte per canonicos & beneficiatos illius ecclesie a seruitio dei in honestis uerbis traheris ad malam concupiscentiam sic conare modo per dei adiutorium diuinis & spiritu alibus uerbis tu aliquem a mala concupiscentia trahere ad delectationem amoris dei. Et si forte aliquibus te uidentibus per aliquos tuos illicitos mores malum exemplum dedisti. Sic ammodo cures per bona opera tua & honestos mores tuos animabus ipsorum proficuum & uirtuosum dare exemplum. Deinde amice dilecte opare quod nocturna tempora & diurna ad dei laudem rationabiliter ordines & discrete. Ego enim attendi quod can-

pane uestre ecclesie satis statutis temporibus pulsant. Et ideo confulo ut statim cum ipsas de nocte audieris a lecto tuo surgas. Et cum quinque genu flexionibus & quinque uicibus pater noster & aue maria recorderis quinque uulnerum Christi & dolorem sue dignissime matris. Post hec autem incipias matutinum de beata uirgine & alias deuotiones tibi placitas dicas donec conueniant canonici in choro ad psallendum. Et melius est quod tu cum primis ad ecclesiam uenias quam cum ultimis. Deuote igitur cantando matutinum de tempore & honeste usque ad finem stare debes & interdum sedere sicut decens est sed minime loquendo nisi aliquid a te interrogatum fuerit. Et tunc cum paucissimis uerbis respondeas & non clamorosis exclamationibus quolibet iracundie atque impatientie signo si fieri poterit. Multum enim te ordinares honeste si esses in presentia alicuius domini temporalis & terreni. Et idcirco multo magis debes cum omni honestate & modestia & humiliter reuerentia & etiam exteriori stare in presentia & seruitio eterni regis celorum semper & ubique presentis & interiori omnia uidetis. Et si forte necessitate compellus fueris super magnis rebus te aut alium tangentibus ad loquendum in ipsis mediis horis tunc de choro exeas & quod tibi uidetur paucis uerbis extra chorum sine clamore respondeas sine mora in tuum stallum chori redeundo. Et si poteris ordina ut illud negocium expediendum in alio loco & tempore suspendatur ne cultus diuinus & honor dei diminuat & impediat. Caue etiam ne uadeas girouagando per ecclesias quasi spaciando huc & illuc deambulando dum cantantur hore hoc .n. est inconstantis & girouagantis animi & tepidi spiritus & modice caritatis & deuotionis. Tempe autem interualli .s. inter horas tunc ora uel lege aliqua utilia anime & deuota uel alijs proficua. Hoc iugiter obseruando quod ab hora qua surgis a loco tuo ad matutinum nullis te libenter operibus im-

plices nisi cantui lecture orationi uel studio donec sum-
ma missa fuerit finita. **N**isi forte in capitulo uestro inter
uos de aliquibus sit tractandum super rebus ecclesie seu
meliori statu & ordinatione faciendum. **D**einde celebra-
ta summa missa de corporalibus utilitatibus & commo-
dis atq; honestis consolationibus uirtutis loqui & co-
fabulari bene conuenit. **Q**uando autem intras ad men-
sam legantur benedictiones mense. Et siue tu fueris ho-
spes alterius siue tu hospites habueris incipias inter fer-
cula primum loqui de deo in mensa uel de sua digni-
ssima matre aut de aliquo sancto pro edificatione & uti-
litate commensalium & etiam seruitorum mense ad mi-
nus unum uerbum uel duo. **A**ut etiam aliqua de deo uel
de sua matre aut de sanctis dei ab aliis interroga. Et ad
huc dum solus fueris in mensa astante tuo famulo simi-
liter facias. Et hoc habeas pro lectione que conuelsen-
tibus fratribus in monasterio solet legi. **F**acta autem co-
mestione & gratias deo redditis & benefactoribus & tunc
de rebus seu negociis tibi tangentibus cum quibuscumque
sonis honestis tibi placet per aliquam breuem horam loque-
re. Et postea statim ingredi cubiculum tuum & flexis
quinquies tuis genibus legas quinquies pater noster & quinquies
uicibus Ave maria propter uulnera domini nostri Iesu
Christi & propter dolores sue matris. **D**einde medietatem
temporis quod est usque ad uesperas ad studendum
aut legendum atq; ad quiescendum aliquantulum habe-
as. **N**isi forte ab amicis tuis propter aliqua eos tangenda
fueris impeditus. **E**t aliam medietatem temporis pre-
dicti ad spaciandum habeas pro consolatione honesta
corporali ut fortior efficiaris ad laudem dei. **D**einde
cum pulsatur ad uesperas statim ad officium decantan-
dum ad chorum ecclesie intres ita te habendo in cho-
ro sicut prius supradictum est. Et dicto completorio de

die pro mortuis uigilias legas cum tribus lectionibus
ante cenam. **F**acta autem cena exercitare in talibus mo-
ribus sicut dictum est de prandio. **P**ostea uero ad spa-
ciandum uadas loquendo utilia & consolatoria uerba
donec dormitum ire uolueris. **E**t tunc etiam antequam
ad lectum uadas pone te ante lectum tuum & ibi
deuote dices quinquies **P**ater noster & quinquies **A**ue
Maria pro passione Iesu **C**hristi. **E**t postea intra lectum
tuum & corpori tuo de somno & quiete tantum tribue
quod non urgearis uigilie temporibus propter quietis &
somni breuitatem dormire. **O**mnium autem sexta feria
legas deuote septem psalmos cum letania & illa die tri-
bue quinquies denarios quinquies pauperibus indigentibus
pro reuerentia quinquies uulnerum Iesu **C**hristi. **P**reterea
frater & amice carissime consulo tibi ut infra scriptam
abstinentiam habere uelis per hunc annum pro pecca-
tis propriis. **P**rimo totam quadragesimam ieiunes om-
ni die ad unam comestionem in piscibus & sicut in aduentu
domini. **O**mnium uigilias beate **M**arie in pane & aqua
Vigilias apostolorum in piscibus. **O**mnium quartas ferias ad
unam comestionem in caseo & ouibus & piscibus. **O**mnium
sexta feria in pane & uino tantum. Et si forte magis libuerit
aquam quam uinum cum pane habere hoc tibi non dissuadeo. **O**m-
ni die sabbati in piscibus & oleo ad unum prandium. **D**omi-
nico autem & die lune & martis & die iouis bis in die
comedere de carnibus dum tantum ab ecclesia non precipia-
tur ieiunare. **N**ota frater dilecte quod propterea hec om-
nia tibi scribere & consulere decreui. **P**rimo ut inuidia
diaboli & eius astutia te ad hoc non traheret quod te ita subi-
to totum consummeres ut sensus tui atque uires cito de-
ficerent & postea tota uita tua deo minus seruires quam
oporteret. **S**ecundo quod si mundani homines in tuis
sensibus ac uiribus ex nimio labore defectum ali-

quem in te notauerint. Aut etiā in laboribus inceptis te
attediare cōspexerint abhorrent & pertimescerēt di-
uinis laboribus te subicere. Tercio quia spero opera
tua ex eo magis deo placere q̄ potius eligis alterius cō-
silio humiliter acquiescere quam teipsum personaliter
tuo proprio iudicio regere.

FINIS.

¶ Registrum.

¶ Primum uacat
Sciendum q̄

¶ Trarium facere

¶ Deuorat
Cos meos

¶ Hic incipiunt
Cui nemo

¶ Vnt oblectamenta
Amos prophetam

¶ Ditaria scirem

Re. Agnus domini Iuxta Sabili

DVO LUMINARIA MAGNA
que deus fecit idest duos sacrosancte
ecclesie doctores egregios. **Eusebiū**
uidelicet **Hieronimū** et **Aureliū Au-**
gustinū quos deus elegit ut cunctis aliis in scrip-
turarū explanatione præessent: in multis dissen-
tire uidentur. ¶ Volui ego eorū dicta colligere: ut
diuerſas uariaſq; opiniones quadam sub breuita-
te percipias. Primo discordant in obseruatione le-
galium: ut refert sanctus **Thomas** super quarto
sent. dist. ii. arti. v. q̄n̄stiūcula. iii. Nam **Augusti-**
nus tenet **Petrum** culpabilem: et a **Paulo** iure re-
prehensum. gala. ii. Hieronimus uero asserit **Pe-**
trum non peccasse sed dispensatione usum: simi-
liter et dispensatiue a **Paulo** redargutū. Et hoc
Hieronimus ait in epistola ad **Augustinum** que
incipit. Tres simul epistolas. ¶ Secundo aliter
sentiunt. quoniā Hieronimus ad **Marcellam** de
quinque questionibus scribens tradit sanctos qui
in fine mundi uiui inuenientur non morituros.
uerūtamen uiuos assumendos. ¶ **Augustinus** au-
tem. xx. de ciui. dei omnes tunc morituros affir-
mat. de hoc ait **Thomas** super quarto sen. dist.
.xl.iii. arti. iiii. quo in loco **Thomas Augustino**
fauet. sed di. xlvii. q. ii. arti. iii. addit ad **August.**
opinionem docens sanctos nō in aere: sed igne

morituros. **T**ercio. Nam August. xviii. de ci.
dei: c: xlii: tenet interpretationem: lxx: fuisse factā
seorsum a quolibet sine mutua colloctione: et
ope spiritus sancti miraculoso factū: ut in nullo
penitus discordarent: sed esset tāq̃ unius scripto
ris interpretatio una: Hieronimus uero inquit nō
sic factū esse sed q̃ singulis sabbatis conuenirent
īpi: lxx: Et ex multis unā cōflaret et mēdatō ascri
bit primā opionē: uelut patet in. ii. prologo. bi
blie qui icipit: Desiderii mei. Snie tñ Augusti. fa
uet Hilidorus. vi. ethimo. Et Hugo quarto di
dascu. **Q**uarto discordant: quoniam Hiero
nimus tenet nō omnes psalmos editos a Dauid
et hoc ī quodam prologo super psalterium qui
tamen prologus cōmuniter in modernis bibliis
non habetur. Sed Augustinus. xviii. de ciui. dei.
contrariū asserit: innisus euangelicis testimoniis
Cui assentit glosa ordinaria in prohemio psalte
rii. Et hugo in quarto didas. **Q**uinto discōue
niunt. Nam Hieronimus in cronica post Eusebi
um tradit ut quidam scribit Constantinū mag
num fuisse hereticum: et baptisatum Nicomedie
ab Eusebio arriano. Augustinus uero. v. de ci
uita. dei. c: xxv: ponit eum ueri dei cultorem et
adducit eum in exemplum amicorum dei: qui
bus tamen temporalia prospere succedūt: Cuius

sentenciam magis sequi uidentur alii doctores.
ut Hylidorus in cronica sua. ut liber gestorum
sancti Siluestri: a quibus ponitur baptizatus ro
me a sancto Siluestro. Et persecutor arrianorum
Et Martinus in cronica sua qui ad idē alios scrip
tores ut Ambrosium. ut Gregorium: ut Criso
stomum inducit. **S**exto. Quoniam Hieroni
mus super Matheum dicit dictum psalmum: In
omnem terram exiuit sonus eorum: et c. Et illud
Christi: predicabitur euangelium hoc in uniuers
o mundo esse completum per Apostolos: Au
gustinus tamen in epistola ad Exitium dicit hoc
non dum esse completum: Cui assentit Orige
nes super Mathe. Et etiam magis consonat huic
sentencie textus euangelicus: quia Christus sub
iunxit: Et tunc ueniet consummatio: que tamen
non dum apparuit: Licet cum Hieronimo con
cordet Crisostomus super Mathe. **S**eptimo
Quia Hieronimus super epistolam ad Thitum
arguit Angelos per multa secula ante mundum
uisibilem extitisse: et deo seruiuisse. Augustinus
tamen super Genesim dicit q̃ simul cum celo em
pireo sunt creati. Cui consentit Damascenus. Et
Thomas. i. parte. q. lxi. ar. iii. Hieronimo cōsen
tit Ambrosius primo exame. **O**ctauo discor
dit: nā Hiero. in cōsolatōe ad egrotū uocat Salo

monē beatissimū et sanctissimum et illustrē. Sed
August. xvii. de ci. dei. c. ii. dicit illū bonis iniciis
malos adhibuisse exitus. Et plus obfuisse illi secū
das res q̄ profuisse sapiētiā. Cuius snie magis fa
uere uidet̄ textus biblie: ubi dicitur: porro Salo
mon cū esset senex deprauatū est cor eius p̄ mu
lieres. iiii. r̄. xi. Nec apparet de p̄nia eius: cū ydo
la que propter mulieres erexerat: non ipse sed
post eū Asa deleuit. iiii. r̄. lv. Quāuis etiā Hiero
nimus in epistola ad Vitalem dicat ipsum cum
Acham a domino recessisse: et de amabili dñō fa
ctus est amator mulierum. ¶ Nono. Nam Hie
ronimus in prologo libri sapientie uidetur se
quendo hebreos dicere: q̄ liber sapientie non e
ditus est a Salomone: sed a Philone: et q̄ inter
scripturas sacras non deberet computari secun
dum hebreos. Augustinus tamen tercio retra
ctationum ostendit se quandoq̄ tenuisse q̄ fue
rit editus a Ihesu sirac. quod ibi retractat: Et li
cet non exprimat a quo sit editus: tamen in do
ctrina christiana ipsum enumerat inter libros sa
cros. ¶ Decimo quoniam Augustinus: iiii. de ci
ui. dei. c. xiiii. tenet. lxx. non interpretatōis: sed
etiam prophetie dono preditos et q̄ diuersitas
inter eos et alios codices non mendositas putan
da est. sed ubi nō est scriptoris error aliquid eos

22
diuino spiritu aliter dicere noluisse credendum
prophetantium libertate. Hieronimus tamen ui
detur irridere in prologo super Gen. Et tamē in
prologo libri hebraicarum questionum tenet
.lxx. mistica queq̄ in scripturis sanctis prodere
noluisse. ¶ Undecimo. quia Hieronimus in libro
hebraicarum questionum dicit q̄ deus anteq̄ ce
lum et terram faceret: paradisum ante condide
rat. propter illud quod dicitur in Genesi: plan
tauerat deus paradisum a p̄cipio. Augustinus
tamen octauo super Gen. ad litteram exponit
a principio id est tercio die. Cui consentit Nico
laus de lira. et alii expolitores. Nec ratio bene ca
pit q̄ cum paradisus terrestris sit sub celo quod
ante celum factus sit. ¶ Duodecimo. quoniam
Augustinus in libro de concordantia euangeli
starum asserit totam negationem Petri factam
fuisse in atrio Anne. Et que dicta sunt inde post
missum Ihesum ad Caypham recapitulando di
cta esse. Hieronimus autem super Mat. uidetur
uelle q̄ Petrus in atrio Cayphe negauit. Cui Be
da in Lucam consentire uidetur. ¶ Terciodeci
mo. Nam Hieronimus super illud Abachuc. i.
Mundi sunt oculi tui et c. negat singulos ange
los prepositos singulis corporalibus creaturis.
Augustinus uero. li. lxxxiii. questionum tenet

q. sic. Cui consentiunt Origenes et Damascenus
Vide etiam Thomam prima pte. q. c. x. arti. i.
Quartodecimo. Quoniam Hieronimus super il-
lud Ione. Tollite me et mittite in mare. dicit q.
licet propria perire manu: ubi castitas pericli-
tur. Augustinus autem primo de ci. dei. c. xv.
contrarium affirmat. Cui assentit Thomas. secu-
da secunde. q. lxxiii. arti. v. **Quintodecimo:** quia
Hieronimus ad Oceanum iquit q. bigamia nō
contrahitur ex duabus uxoribus si una fuerit ha-
bita ante baptismum. Augustinus uero in epis-
tola ad Thitum contrarium tenet. Cui concor-
dat Thomas super quarto sent. dist. xxvii. q. iii.
arti. ii. **Sextodecimo** discordant. quoniam
Hieronimus in epistola ad Paulinum r. probat
a poetis de Christo quicq. esse predictum. Sed
Augustinus: xviii. de ci. dei. c. xlvii. contrarium
sentit. Franciscus petrarcha in epistola que in-
cipit: Furorem. Bochatius libr. xiiii. c. viii. de ge-
nea. deorum. Cicero in oratione pro alio Lici-
nio achia. fatentur poetas diuino afflatos spiri-
tu. Item et Plato in phedrone. Insuper et Lac-
tantius de philosophis libro. vi. c. xliii. **Demum**
Gregorius in prephatiōe moralium ait Christū
iudeorum et gentilium uocibus prophetari. qui
pro utrorūq. salute uenerat. q. autem in hac par-

te: et ultima discordantia uerior sit Augusti. sen-
tencia q. Hieronimi: multis auctoritatibus com-
probabo. **Adducam** quid de Christo Gentiles
senferint: Quid de ipsius fide: et fidei quibus dī
articulis. Quid de indiuidua trinitate. et attribu-
tis diuinis. Et ecclesie nonnullis sacramentis dix-
erunt. Nam ecclesie sacramenta: ut Thomas in
suis quolibetis ait: fidei quedam protestationes
sunt. **Insuper** quid deniq. Proba centona opina-
ta sit Virgilii carmina colligendo. et Christi ge-
stis appropriando. Quid etiam prestantes Iu-
dei Christi coetanei de ipso dixerunt. Et primū
ordiar a dictis Sibillarum. Thomas aquinas se-
cūda secū. q. ii. arti. y ii. in solutiōe ad tercium di-
cit q. multi gentilium per misterium angelorum
salutem adepti sunt. Vt etiam ait Dionysius. ix.
c. cele. ier. Eam ob rem de Christo fidem habu-
erunt. **Nam** multis gentilium de Christo facta
fuit reuelatio. ut patet per ea que predixerunt.
Iob nanq. xix. dicitur. Scio q. redemptor meus
uiuīt etē. Et teste Augustino Sibilla de christo
quedam prenunciauit. Inuenitur quoq. ut scri-
bit **Singilbertus** in Romanorum historiis q.
tempore Cōstantini Augusti. & Hirene matris
eius inuētū fuit sepulcrū quoddā in quo iacebat
homo habens auream laminam in pectore: In

23

am
m

De gentilibus
mō hntibz Ade
i plurimz vna
hys dicitur in
veneris fuit iys
romani dicitur

q. illi
hntibz

qua scriptum erat Christus nascetur ex uirgine
Et credo in eum. O sol sub Hirene et Constanti
ni temporibus iterum me uidebis. Habuerunt
ergo quidam Gentiles fidem implicitam in diui
na prouidentia: credentes deum esse liberatorem
hominum secundum modos sibi placitos. Et se
cundum quod aliquibus ueritatem cognoscentibus
ipse reuelasset. Hæc Thomas aquinas refert in li
bro quem supra nominauimus.

Nunc afferamus in medium dicta propria Sibil
larum: et que unaqueque earum dixerit. nec serua
bimus in hoc ordinem temporis: nec dignitatis
excellentiam sed secundum quod nobis occurrerit.

29
SIBILLA PERSICA.



Sibilla persica cuius mentionem facit Nichanor
de Christo sic ait. Ecce bestia conculcaberis et
gignetur dominus in orbem terrarum. et gremi
um uirginis erit salus gentium. et pedes eius in
ualitudine hominum.

SIBILLA LIBICA.



Sibilla libica cuius meminit Euripedes inquit. Ecce ueniet dies: et illuīabit dñs cōdenſa tenebrarū et ſoluētur nexus ſinagoge. et deſinent labia hominū: et uidebūt regē uiuētium. et tenebit illū in gremio uirgo dñā gentiū: et regnabit ī miſericordia: et uterus m̄is eius erit ſtatura cunctorum.

SIBILLA ERITHEA.



Sibilla nobiliſſima herithea in Babilonia orta de cristo ſic ait: De excelſo celorum habitaculo proſpexit deus humiles ſuos: et naſcetur in diebus nouiſſimis de uirgine hebrea filius in cunabulis terre.

SIBILLA SAMIA.



Sibilla samia a samo insula de qua scribit Erato
schenes:inquit. Ecce ueniet diues et nascetur de
paupercula. et bestie terrarum adorabunt eum.
et dicent. Laudate eum in astris celorum.

SIBILLA CVMANA.



Sibilla cumana que fuit tēpore Tarquini prisci
scripsit de christo referente Virgilio in libro bu
colicorum in hunc modum.

Vltima cumei uenit iam carminis etas
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo
Iam redit et uirgo redeunt saturnia regna

Iam noua progenies celo dimittitur alto
 Tu modo nascēti puero: quo ferrea primum
 Desinet: et toto surget gens aurea mundo
 Casta faue lucina tuus iam regnat appollo
SIBILLA HELLESPONTIA.



Sibilla hellespōtia in agro troiano nata de q̄ scri
 bit Eraclitus sic ait: Ihesus xp̄us nasceť de casta.

SIBILLA PHRIGIA:



Sibilla phrigia sic uacitinata est: Flagellabit de
 us potētes terre: et olimpo excelsus ueniet: et fir
 mabitur cōsiliū in celo: et annūciabitur uirgo
 in uallibus desertorum.

SIBILLA EVROPEA.



Sibilla europea de Christo sic ait. Veniet ille et
transibit montes et colles. et latice siluarum olim
pi: regnabit in paupertate: et dominabitur in si-
lentio: et egredietur de utero uirginis.

SIBILLA TIBVRTINA.



Sibille tiburtine simulachrum tenebat librum ubi
scriptum erat. Nascetur Christus in bethlehem.
et annuntiabitur in nazareth: regente tauro paci-
fico fundatore quietis. O felix illa mater cuius
ubera illum lactabunt.



Sibilla agrippa sic ait de Christo: Inuisibile uerbum palpabitur: et germinabit ut radix: et siccabitur ut folium: et non apparebit uenustas eius: et circumdabitur alius materna: et flebit deus leticia sempiterna: et ab hominibus conculcabitur et nascetur ex matre ut deus: et conuersabitur ut

peccator. Videamus nunc quid philosophi senserunt et gentiles dumtaxat lumine naturali uiuentes. Augustinus sane septimo confessionum de platone dicit: legi in libris platonis non quidem his uerbis: sed hoc idem multiplicibus suaderi potest rationibus. quod in principio erat uerbum et uerbum erat apud deum. usque ad uerbum caro factum est. Hermes quoque trimegistus ait. Monas gignit monadem: et in se suum reflectit auctorem. Aristotiles etiam primo libro celi & mundi inquit. per hunc numerum scilicet trinarium adhibuimus nosmetipsos magnificare deum unum eminentem proprietatibus eorum que sunt creata. Sanctus Thomas haec pauca ponit in sua prima parte. q. xxxii. arti. i. et super primo sent. dist. iii. arti. iiii. in solutione ad primum. Exponit enim in prefatis libris quod philosophi non cognouerunt diuinarum personarum misterium per propria: que sunt: paternitas: filiatio: et processio. cognouerunt tamen quedam essentialia attributa: que personis appropriantur. sicut potentia appropriatur patri. sapientia filio. bonitas spiritui sancto. Amplius Aristotiles numerum trinarium in diuinis non ponit: quod trinitatem intelligeret. Sed uult dicere: quod antiqui trinario numero ob quandam ipsius perfectionem in sacrificijs atque

orationibus utebantur. Et Plato legens in libris
quos reperit in egipto de diuinis multa dicitur
cognouisse. uel forte intellectū paternū appellat
intellectū diuinum secundum quod in se quodammo-
do mundi ideam concipit quæ est archetypus: Pre-
ter ea quæ dicit Tho. aquinas: addā et ego p̄stā-
tiora. Profecto didimus bragmanus ī episto. ad
Alexandrum. inquit. Deus uerbum est: et uer-
bum illud mundum creauit. et per hoc uiuum:
omnia. Nos uerbum colimus et adoramus: Et
Virgilius in libro buccolicorum meminīt inqui-
ens. nocte tribus nodis: numero deus impare
gaudet. et de ortu stelle ī natiuitate xp̄i ait Cal-
cidius sup thimeū platonis. Est quoq; alia sancti-
or et uenerabilior historia q̄ phibet ex ortu stelle
cuiusdā non morbos mortelq; denunciatas: sed
descensum dei uenerabilis ad humanam conser-
uationis rerum mortalium gratiam. quam stel-
lam cum nocturno itinere suspexissent Chal-
deorum profecto sapientes uiri. et in considerati-
one rerum celestium satis exercitati quesisse dicū-
tur recentem ortum dei: repertaq; illa maiestate
puerili ueneratos esse. et uota tāto deo cōuenien-
tia nūcupasse. De futuro iudicio Plato ita inquit
In phedrone. Ferūt enim unūquēq; cū decesserit
ab eo demone qui uiuentem adhuc sortitus erat

81
trahi in aliquē locum ubi oportet simulq; colle-
ctos in ualle Iosophat iudicari. et post sentēciam
ad inferna proficisci. illo ducente cui mandatum
est. ut hic proficiscentes ad illa loca traducat.
nacti illinc quæ oportebat. Mirandum est quo-
modo hic Plato de ualle Iosophat iudicii loco
noticiam habuerit: nisi libros prophetarum le-
gerit. Et presertim Iohelis. iiii. c. ubi dicitur cōgre-
gabo omnes gentes et adducam eas in ualle Io-
sophat. Ceterum Hermes trimegistus scribens
ad Aslepium ita refert. Audi igitur o Aslepi cum
fuerit anime a corpore facta discessio tunc ad ex-
amen meritiq; eius arbitrium transiet in summi
demonis potestatem: qui eam cum piam iustāq;
pro uiderit in sibi competentibus locis manere p-
mittit. Si autem delictorum illam maculis uici-
isq; obsitam uiderit desuper ad ima perturbans
procellis turbinibusq; aeris: ignis et aque sese
discordantibus traditurus inter celum et terram
inundans fluctibus in diuersa semper penis eter-
nis agitata raptatur. ut ī hoc anime obsit eterni-
tas q̄ sit immortalis sentētia eterno supplicio sub-
iugata. Sic ne his implicemur: uerendum: timen-
dum: cauendumq; esse cognosce. Incredibiles e-
nim post delicta cogentur credere non quidem
uerbis sed exemplis: non minis sed ip̄a passione

penarum. Item Pythagoras ut narrat Thomas
super:iiii:sent:dist:xlvi: Et Petrus de palude in
eodem:dist:1. Et Riccardus de media uilla super
eodem:di:xlvi. posuit ignem carcerem iouis id
est dei puniētis et infernum esse locum in quo iu
dicatī hoīes damnabuntur. Philosophi etiā quo
rumdam sacramentorum ecclesie noticiam habu
erunt. Nam penitentiam et confessionem pecca
torum omni absq; dubitatione perceperunt. Pla
to sane in phedrone in persona locratis loquens
ait. Cum flumen transiturus essem uocem audire
uīsus sum: quæ abire me uetat: priusq; me expia
uerim quasi aliquid deliquerim erga deum. et in
eodem loco inquit. Quicūq; non iniciatus neq;
expiatus ad inferos migrabit. Is illic iacebit in lu
to. Puri autem et iniciatī cum illic peruenerint
habitabunt cum diis. Laertius quoq; eiusdem so
cratis fuisse refert hoc dictum sepius replicatum
Seminat peccatum quem delicti non penitet.
Hanc autem Socratis et platonis doctrinam ap
probat Aristotiles in. viii. ad eudemium ita scri
bens. Qui peruerse agit et non penitet hic irre
ctificabilis est. qui uero peit et aliquas habet spei
reliquias. Amplius Aristotiles in. ii. li. sue retho
rice ait. Ex his quidem qui confitentur et penitēt
tamq; habentes satisfactionem id quod est tri

8
stari de factis cessat scilicet. dii abira. signū autem
in seruorum castigatōne negantes quidem et cō
tradicientes magis est manifesta negari: irreuerē
tia autem peruipensio et despectus. q; autem ad
humiliatos cesset ira canes manifestat non mor
dentes eos qui resident: per quæ satis datur itelli
gi q; qui sua peccata in hoc seculo confitētur de
um placatum habent. qui autem confiteri rennu
unt. flagellantur a deo: si non in hoc seculo in fa
turo. Item Seneca epistola. xxviii. d. Inicium est
salutis noticia peccati. Et epistola. lvi. ait. quare
uitia sua nemo confitetur: quia etiam nunc in il
lis est somniū narrare uigilantis. Et uitia sua con
fiteri sanitatis inditium est. Preterea Auianus in
quit Error eos cecos uexat qui sepius audi. Nūq;
peccatis abstinere suis. Cuius quoq; rei testis est
Virgilius ubi in sexto eneydos inducit Sibillam
ad Eneam in inferno dicentem. Gnosius hæc ra
damantus habet durissima regna. castigatq; au
ditq; dolos: subigitq; fateri quæ quis apud supe
ros furto letatus inani. distulit in terā cōmissa pi
acula mortem. ubi satis innuit: q; qui negligunt
hic peccata sua confiteri in inferno coguntur fa
teri. Et Iuuenalis in fine secunde satire ait. Esse ali
quos manes et subterranea regna. Et contum: et
stigio ranas in gurgite nigras. atq; una transire

uadum tot milia cimba. nec pueri credūt etē. Et
sequitur. Tot bellorum anime quotiēs hīc talis
ad illos umbra uenit. cuperent lustrari si qua da
rentur sulphura cum tedis. et si foret humida lau
rus. illuc heu miseri traducimur. deniq; Ouidius
x. libr. methamorphoseos inquit. O si qua pate
tis numina confessis: merui nec triste recuso sup
pliciū: sed ne uiolem uiuosq; superstes mortuq;
extinctos ambobus pellite regnis: mutateq; mi
hi uitamq; necemq; negate. numen confessis ali
quod patet. Ultima certe uota suos habuere de
os. Et ut meminit Eusebius in libro de temporib;
bus cum de Tiberio loqueretur q; Phlegeon suo
in libro. xxiii. refert inquit quarto autem an
no. ccii. olimpiadis magna et excellens ante om
nes qui ante occurrerint defectio solis est facta.
dies hora sexta in tenebrosam noctem uersus ut
stelle in celo uise sunt. terreq; motus Nicee urbis
multas edes subuerterint. quare concludit Euse
bius dicens Argumentum autem huius rei q; sal
uator isto anno passus sit. Et Strabo libro. xxiii.
cosmographie sue idem scribit de Sardi urbe lo
quens ait Nuper uero multa eius edificia terre
motibus corruerunt sed Tiberii prouidentia
qui per nostra tempora imperat et hanc & mul
tas alias suo beneficio reparauit quecumq; eo tē

pore eiusdem calamitatis participes fuerunt.
Enumerāt ergo hi gētiles q; xpi tēpore gesta sūt
& q; prodigia ppetrata. nā solaris eclipsis talis ter
reque motus eo die nō nisi miraculose fieri poterāt
Sed ut nunc reuertar ad Sibille Erithee uaticini
um autoritatem ipsius Lactancii adducam. qui
in libro primo capitulo sexto *Sibilla* *desibilla eum*
Erithea celebrior inter ceteras atq; nobilior ha
betur Hæc autem Sibilla Erithea in epistola
quam ipsa scribit ad Grecol de Christo plurima
prophetauit atq; uaticinata est. In medio quiz
dem illius epistole sic ait In ultima etate humi
liabitur deus Humanabitur proles diuina Iun
getur humanitati diuinitas Iacebit in feno ag
nus et puellari officio educabitur deus et homo
Signa precedent apud Appellas Mulier uetuz
stissima prescium pariet Boetem orbis mirabi
tur Ducatum prestabit ad ortum Hic habens
pedes trigintatres sexq; pollices eliget sibi ex pis
catoribus numerum duodenarum unumq; dya
bolum Non in gladio bello ue eneadem urbē
regesq; subiiciet sed in hamo piscantis. In deiectione
et pauperie Diuicias et superbiam concul
cabit morte propria mortuos suscitabit et cum
maclabitur uiuet et regnabit et cū cōsumabūtur
oīa fiet regeneratio bonosq; iudicabit et malos.

SUMMA ANGELICA

hinc quatuor animalia surgent in testimonium
nomen agni tuba concinent ferentes iusticiam le
gemq; in reprehensibilem. Cui contradicet ab
hominatio spumeq; draconis. Sed surget stella
mirabilis quatuor animalium habens imaginem
eritq; in tuba mirabili danaos illuminabit: orbē
illustrabit: In eneade latus piscatoris. Nomen
agni usq; ad fines orbis uirtute perducet. Hinc
gladiabitur: moriens illustrabitur. porro glorio
sus eius exitus. Erit autem bestia horribilis ab
oriēte ueniens: cuius rugitus usq; ad gentes pu
nicas audietur. Cuius capita septem scepra in
numera, hic erit contradicēs agno. ut blasfemet
testamentum eius: augens draconis spumas &
aquas: Reges autem et optimates seculi erunt in
sudore terribili. et non diminuent pedes eius.
Stelleq; due consimiles priori insurgent contra
bestiam et non obtinebunt donec ueniet abho
minatio: & uoluntas altissimi consummetur. Ve
nient in postremis diebus due stelle lucidissime:
in peccatis mortuos suscitantes: similes stelle pri
ori quatuor animalium habentes faciem: resiste
tes bestie de qua diximus aquilq; draconis. an
nunciantes nomen agni et legē: abhominatiōis
excidiū: et meritorum examen: Minorabuntq;
aqs draconis: sed debilitabunt in panis afflictōe

840
et exurgent in robore fortiori. Taceo hic uersus
Sibille qui incipiunt. iudicii signum etē. quos q
dem uersus ponit Augustinus. xviii. de ciui. dei.
.c. xxiii. Hæc autem carmina Sibilla erithea cō
posuit. que de greco in latinum sermonem trans
tulit Augustinus. Iosephus autem uir clariss
mus: licet iudeus de Christo plurima refert. Et
ut narrat Eusebius cesariensis in ecclesiastica hi
storia. libro. i. c. xiiii. ait. de saluatore domino in
historiarum suarum libris Iosephus ita scribit:
Fuit autem hisdem temporibus Ihesus sapiens
uir: si tamen eum uirum nominari fas est. Erat e
nim mirabilium operum effector. doctorq; ho
minum eorum qui libenter ea que uera sunt au
diunt. Et multos quidem iudeorum: multos eti
am ex gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat.
Hunc accusatione primorum nostre gentis uiro
rum: cum Pilatus in crucem agendum esse decre
uisset non deseruere hi qui ab initio eum dilexe
rant. Apparuit enim eis tercio die iterum uiuus
secundum qd diuinitus inspirati prophete: uel
hec: uel alia de eo innumera miracula futura esse
predixerant. Sed et in hodiernum Christiano
rum qui ab ipso nuncupati sunt: et nomen perse
uerat: et genus. Refert quoq; Eusebius in libro
de temporibus de Iosepho loquens in hunc mo

dum. Iosephus etiam uernaculus iudeorum scrip-
tor: circa Tyberii tempora die Pentecosten sa-
cerdotes commotiones locorum & quosdam so-
nos sensisse testatur. Deinde ex addito templi re-
pentinam subito erupuisse uocem dicentium trās-
migremus ex his sedibus. Ad huius etiam rei cō-
firmationem extat Pilati epistola ad cesarem mis-
sa. quam ponit Ricchardus de sancto Victore ut
refert Vincentius historiarum libr. viii. c. cxxiii.
Et Iohannes balbus Catholicon. in sua postilla
super Iohannem. c. ix. dicitur enim epistola Pila-
ti quondam Iherosolymorum presidis ad Tibe-
rium Cesarem de morte Ihesu Christi reperta in
antiquissimo quodam codice. Pilatus Tyberio
Celari. Salutem. De Ihesu Christo: quem tibi
plane postremis meis declaraueram: nutu tan-
tum populi acerbum: me quasi iuito et subtimē-
te supplicium sumptum est. Virum hercle ita pi-
um et seuerum nulla unquam etas habuit: neque babi-
tum est. Sed mirus extitit ipsius populi conatus
omniumque Scribarum: Principum et Seniorum
consensus suis prophetis et more nostro Sibillis
contra premonentibus. Hunc ueritatis legatum
crucifigere. lignis etiam supra naturam apparen-
tibus dum penderet. et orbi uniuerso philoso-
phorum iudicio lapsum minitantibus. Vigent

illius discipuli ope et uite cōtinentia magistrum
non mentientes: immo in eius noīe beneficētissi-
mi. nisi ego seditionem populi estuantis exoriri
ptimuissem fortasse adhuc nobis ille uir uiueret.
et si tue magis dignitatis fide compulsus: quam uolū-
tate mea adductus. pro uiribus non restiterim.
sanguinem iustū tocius accusatōis immunē. uerū
hoīum malignitate iniquū in eorum tñ ut scripture
interpretatur exitiū pati et uenūdari. Vale. quinto
kalē. april. Extat et epistola Lētuli ad cesarem quā
ait. Lētulus romanus Iudee p̄ses ad Tiberium in
hūc modū. Apparuit t̄pibus istis et adhuc est hō
magne uirtutis noīatus Ihesus xp̄s quod dicitur a
gētibus p̄pheta ueritatis quē eius discipuli uocāt
filiū dei: suscitās mortuos. et sanās oēs lāguores.
homo quidem stature mediocris et spectabilis: uul-
tū habēs uenerabilē quē itūctes possint diligere
et formidare. capillos habēs coloris. nucis auella-
ne p̄mature et planos fere usque ad aures: ab auri-
bus uero cīncinos crīpos aliquātulum et fulgen-
tiores ab humeris uentilantes. discrimen habens
in medio capitis iuxta morem nazarenorum.
Frontem planam et serenissimam. cū facie sine ru-
ga et macula aliqua. quam rubor moderatus ue-
nustat. nasi et oris nulla prorsus est reprehensio.
Barbam habens copiosam capillis concolorem.

lenmly
sammy
benig ad nra
reg d ppa

Ep̄la dñi m
s. de figuris
statua eius in
sic p̄uocari fuit
p̄uocari roman

refranger

alibi

non longam sed in medio bifurcatam: aspectum
habens simplicem et maturum: oculis glaucis ua-
riis: et claris existentibus. in increpatione terribi-
lis: In ammonitione blandus: amabilis: hilaris
seruata grauitate. qui nunquam ridere uisus est. flere
autem sic. In statura corporis propagatus et res-
ctus: manus habens et brachia uisu delectabilia
In colloquio grauis: rarus et modestus: Specio-
sus inter filios hominum. ¶ Est et epistola regis
Abgari. quam refert Eusebius cesariensis. libr. i.
.c. xv. et. xvi. quam quidem epistolam Eusebius
ita se dicit repperisse. Hæc in archiuis publicis
Ediffene ciuitatis in qua tunc Abgarus regnauit
ita descripta repperimus in his cartis quæ gesta
regis Abgari seruata antiquitus continebant. Et
euidens dictorum ueritas fiat: ipsarum exem-
plaria epistolarum ex syrorum lingua translata
ponemus. ¶ Abgarus ychanie filius Toparcha.
Ihesu saluatori bono qui apparuit in locis ihero-
solymorum salutem. Auditum mihi est et de te. et
de sanitatibus quas facis sine medicamentis: ut
herbis fiant ista per te. Et quod uerbo tantum facis
cecos uidere: Et claudos ambulare: Et leprosos
mundas: et immundos spiritus ac demones eicis
et eos qui longis egritudinibus affliguntur curas
et sanas: mortuos quoque suscitans: quibus oibus

auditis de te statui in animo meo unum esse e du-
obus. Nam quia tu sis deus et descenderis de celo
ut hæc facias. aut quod filius dei sis qui hæc facis.
Propterea ergo scribens rogauerim te ut diu-
ris usque ad me fatigari: et egritudinem meam qua
iam diu laboro curare. Nam et illud comperi quod
iudei murmurant aduersum te. et uolunt tibi inli-
dari. Est autem mihi ciuitas parua quidem: sed
honestata que sufficiat utrisque. ¶ Exemplum rescrip-
ti ab Ihesu per Ananiam cursorem ad Abgarum
regem Toparcham. ¶ Beatus es qui credidisti
in me cum me ipse non uideris. Scriptum est enim
de me quia hi qui me uident non credent in
me et qui non uident me ipsi credent. et uiuent.
De eo autem quod scripsisti mihi ut ueniam ad te o-
portet me omnia propter que missus sum hic ex-
plere. et posteaque compleuero recipi me ad eum
a quo missus sum. cum ergo fuero assumptus mit-
tam tibi aliquem ex discipulis meis ut curet egr-
tudinem tuam. et uitam tibi atque his qui tecum
sunt prestat. et ciuitati tue. ¶ Erat autem his epi-
stolis adiunctum etiam hoc lingua syrorum quod
infra scriptum est. Postea uero quod Ihesus assump-
tus est. misit ei ludas qui et Thomas Thadeum
apostolum unum ex. lxx. qui Abgarum mirum
inmodum credentem perfecte curauit. Totam

integram historiam breuitati studens in presen-
tiarum omitto: qui uult integre uidere Eusebium
in prefato libro conspiciat. ¶ Ceterum ut Iohā-
nes catholicon in predicta postilla meminit alle-
gans Damascenum libro. iiii. Videns Abgarus
q̃ presentialiter Christum uidere non poterat pi-
ctorem quendam ad Ihesum misit ut imaginem
figuraret. et sic ipsum saltem per imaginem con-
spiceret: quem in facie uidere non poterat. sed cū
ad eum pictor uenisset propter nimium fulgorē
qui ab eius facie procedebat: in eius faciem clare
nequibat intendere: nec eam ut sibi iussu fues-
rat figurare. quod cernens dominus uestimētum
lineum ipsius pictoris aspiciens. et sue faciei sup-
ponens suis imaginem eidem impressit.

¶ Consideranti regi Abgaro destinauit. ¶ Hæc au-
tem imago seu effigies aut ueronica nunc est Ge-
ne in quodam uenerabili monasterio et ecclesia
sancti Bartholomei de hermineis: ad quod cum
sepius accessissem hoc edidi epigramma.

Hanc rex effigiem christo mittēte recepit
Abgarus: hinc signa qua patuere dei
Latria debetur totum cui summa per orbem
Poplitibus flexis: supplicibus manibus
Ipsam ego perspexi: manibus tetigiq; philippus
Viuerem ut incolumis cui pia thura dedi.

82
Epistola uerū tamen saluatoris. tante uirtutis fu-
isse dicitur: q̃ in illa ciuitate Edissa nullus heretiz-
cus uel paganus uiuere ualeret. nec tirānus aliq̃s
eidem nocere presumeret. Nā si aliquando gens
aliqua armata manu contra ipsam ciuitatē insur-
geret: infans aliquis super portam stans episto-
lam illam legebat: et ea die hostes aut fugiebant
aut pacati cum eis componebāt. Sic fertur olim
fuisse adimpletum: sed postmodum illa ciuitas a
sarracenis capta fuit: et prophanata. sublato be-
neficio propter abundantiam peccatorum in o-
riente undiq; patefactam. ¶ Postremo carmina
que Proba mulier romana doctissima collegit in
mediū afferam. ut ex his uideamus Virgilium
de christo fuisse uaticinatum.

Probe Centone clarissime foemine excerptum
Maronis carminibus ad testimoniū ueteris no-
uiq; testamenti opusculum Sequitur,

Proba et familia diuina Romanæ

PROBE ROMANE CARMINA.



Iam dudum temerasse duces pia federa pacis
Regnandi: miseros tenuit quos dira cupido
Diuerfasque neces regum: crudelia bella
Cognatasque acies: pollutas cede parentum
Insignes clipeis: nulloque ex hoste trophea

Sanguine consparatos tulerat quos fama triumphos
Innumeris toties uiduatas ciuibus urbes.
Confiteor scripsi: satis est meminisse malorum.

INVOCAT DIVINUM NUMEN.

Nunc deus omnipotens sacrum precor accipe carmen
Eternumque: tui septemplex ora resolve
Pneumatis: atque mei reuera penetralia cordis
Archana: ut possim uatis proba cuncta referre
Non nunc ambrosium cura est mihi querere nectar
Nec libet aonio de uertice ducere musas.
Non mihi laxa loqui uanus persuadet error
Laurigerosque sequi tripodas: et inania uota
Iurgantesque deas procerum: uictosque penates
Nullus enim labor est: uerbis extendere famam
Atque hominum studiis paruum disquirere laudem.

PROPOSITIO TRACTANDORVM

in qua proponit Virgilius cecinisse historiam christi.
Castalio sed fonte madens imitata beatos
Que sitiens hausi sancte libanina pacis
Hinc canere incipiam: presens deus erige mentem
Virgilius cecinisse loquar pia munera christi
Rem nulli obscuram: repetensque ab origine padam
Si qua fides animum: si ueros fusa per artus
Mens agitat molem: et toto se corpore miscet
Spiritus: et quantum non noxia corpora tardant
Terrenique hebetant artus: moribundaque membra

VERBA. V. M.

quibus patrē et filiū rex principem inuocat.
O pater: o hominum rerumq; eterna potestas
Da facilem cursum: atq; animis illabere nostris
Tuq; ades: inceptumq; una decurre laborem
Nate patris summi: uigor et celestis origo
Quē pmi colimus: meritosq; nouamus honores
Iam nouaprogenies: omnis quam credidit etas
Munera uere ca no: satis est potuisse uideri
Iam pridem memini ueterum monumēta uiroꝝ
Museum ante omnes totum cecinisse per orbem
Que sint: que fuerint: et que uentura trahantur
Omnia ut ipse tener mundi concreuerit orbis
Foelix qui potuit rerum cognoscere causas
Vnde hominum: pecudūq; genus: uiteq; uolātū
Et quæ marmoreo fert mōstra sub equore pōtus
Et si quid simul ignis habet: uel mobilis humor
Haud aliter prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies. aliumq; habuisse tenorem
Crediderim: maior rerum mihi nascitur ordo
Si qua fides tanto est operi natiua uetustas
Nanq; fatebor enim leuium spectacula rerum
Semper equos: atq; arma uirū: pugnaq; canebā
Et studio incassum uolui excercere laborem
Omnia temptaui potior sententia uisa est
Pandere res alta terra: et caligine merlas

89
inq; dies aliquid iam dudum inuadere magnū
Mens agitat: mihi nec placida contēta qete est
Ore fauete omnes: letalq; aduertite mentes
Matres: atq; uiri: pueri: inupteq; puelle

OPERA SEX DIERVM. ET DE CRE atione celi et terre.

Principio celum: ac terras: camposq; liquentes
Lucentemq; globum solis: luneq; labores
Ipse pater statuit: uos o clarissima mundi
Lumina labētem celo quæ ducitis annum
Nam neq; erant astrorū ignes: nec lucidus ether
Sed nox atra polum bigis subuecta tenebat
Et chaos in preceps tantum tendebat ad umbras
Quantus ad ethereum celi suspectus olympum

DIVISIO LVCIS. ET TENEBRARVM

Tunc pater omnipotēs rex cui summa potestas
Aera dimouit tenebrosū et dispulit umbras
Et medium luci atq; umbris iam diuidit orbem
Sidera cūcta notat: tacito labentia celo
Intentos uoluēs oculos qua parte colores
Austrinos tulerit que terga obuerterit axi
Obliquus qua se signorum uerterit ordo

DE. IIII. TEMPORIBVS ANNI.

Postq; cūcta uidet celo constare sereno
Omnipotēs: stellis numeros et nomina fecit
Temporibusq; parem diuersis quatuor annum

Estulq; et pluuias et agentes frigora uentos
Atq; hæc ut certis possemus nolcere signis
Vere tument terre: et genitalia semina poscunt
At medio tostas estus terit area fruges
Et uarios ponit fetus autumnus: et atra
Venit hyems: teritur sitionia bacca tapetis
Atq; in se sua per uestigia uoluitur annus
Tempore iam ex illo fecūdis imbribus ether
Magnus alit magno cōmixtus corpore fetus
DIES PRIMVS. ET OPERA EIVS.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Ducebatq; diem stellis aurora fugatis
Tunc durare solum: et discludere nereia ponto
Incipit: et rex paulatim summere formas
Et uarie pelagi facies immania cete
Equora uerrebant caudis: cistumq; secabant
Nec non et uasti circuibant equora ponti
Iam sole infuso: iam rebus luce receptis
Exultās roremq; simul dispergit amarum
DIES SECVNDVS ET OPERA EIVS.
Postera iamq; dies primo surgebat eo
Fundit humus flores: et frōdes explicat omnes
Sanguineisq; inculta rubent auaria bachis
Non rastris hominum non ulli obnoxia cure
DIES TERCIVS. ET OPERA EIVS.
Tercia lux gelidam celo dimouerat umbram

90
Auiæ tunc resonant auibus uirgulta canoris
Et liquidas corui presso dant gutture uoces
Nec gemere area cessauit turtur abulmo
DIES. III. ET OPERA EIVS.
Quarto terra die uariarum monstra ferarum
Omnigenumq; pecus nullo custode per herbam
Educit siluis subito mirabile uisu
Tūc mouet arma leo: mouet et tūc pessima tigris
Squamosusq; draco: et fulua ceruice leena
Seuire: ac forme magnorum ululare luporum
Cetera pascuntur uirides armenta per agros
Nec gregibus liquidi fontes: nec gramina desunt
DIES. V. ET. VI. ET OPERA IN EIS
facta.
Iamq; dies alterq; dies processit et omne
Hoc uirtutis opus diuine mentis: et artis
Prospiciens genitor perfectis ordine rebus
Expleri mentem nequit: ardescitq; tuendo
Terrasq; tractusq; maris: celumq; profundum
lituum: pecudumq; genus: secumq; uolutat
Qui mare: qui terras omni ditione tenerent
Neu segnes iaceant terre: iuuat usq; morari.
DE CREATIONE HOMINIS DE
limo terre.
Talia uersanti subito sententia sedit
Foelicemq; trahit limum: fingitq; premendo

Pingue solum primis ex templo a mēlibus anni
Iamq; improuiso tante pietatis imago
Processit: noua forma uiri pulcerrima rerum
Os: humerosq; deo similis. mentem animumq;

DEVS SAPOREM IN ADAMVM
milit. Et unam ex costis eius substulit: ex qua
euam formauit.

Queritur hinc alius nec quisq; ex agmine tanto
Audet adire uirum: sociusq; iu regna uocari
Haud mora continuo placidam p mēbra qetem
Dat iuueni: et dulci declinat lumina somno
Atq; illi medio in spatio iam noctis opace
Omnipotens genitor costas et uiscera nudat
Harum unam iuueni laterum compagibus artis
Eripuit: subitoq; oritur mirabile donum
Argumentum ingens clara cum luce refullit
Insignis facie: et pulchro pectore uirgo
Iam matura uiro iam plenis nubilis annis
Olli somnum ingens rupit pauor ossaq; et artus
Cōiugium uocat: et stupefactus numine pressit
Excepitq; manu: dextramq; amplexus adhesit.

DEVS HOMINI BENEDICIT.

His demum exactis torquet qui sidera mundi
Iussit: eo dicente premit placida equora pontus
Et tremefacta solo est tellus: silet arduus ether

91
Viuite foelices interq; uirētia cu Ita
Fortunatorum nemorum: sedesq; beatas
Hac domus: hcc patria est: reyes ea certa laborū
His ego nec metas rerum: nec tempora pono
Imperium sine fine dedi: multosq; per annos
Nec rastros patietur humus: nec uinea falcem
Ast hominū imortale genus nec tarda senectus
Debilitat uires animi: mutatq; uigorem

DEVS PROHIBET NE COME
dant fructum arboris.

Vos contra que dicam animis aduertite uestris
In medio ramos annos q; brachia tendens
Est in conspectu ramis felicibus arbor
Quam neq; fas igni cuiq; nec sternere ferro
Religione sacra nunq; concessa moueri
Hac quicumq; sacros decerpserit arbore fetus
Morte luet merita. nec me sententia uertit
Nec tibi iam prudēs quisq; persuadet auctor
Cōmaculare manus liceat te uoce moueri
Ecce mina: nec te ullius uiolentia uincat
Si te digna manet diuini gloria iuris

DE DELICIIIS PARADISI.

Postq; cunctā pater celi cui sidera parent
Composuit: legesq; dedit: camposq; nitentēs
Desuper ostentat: tantarum gloria rerum
Ecce autem primi sub lumine solis et ortus

Deuenero nemus ubi mollis amaricus illos
Floribus et dulci aspirās complectitur umbra
Hic uer purpureū: atq; alienis mensibus estas
Hic liquidi fontes: et celi tempore certo
Dulcia mella premūt: hic cādida populus antro
Imminet et lente texūt umbracula uites
Inuitant croceis ad laudes floribus orti
Inter odoratum lauri nemus: ipsaq; tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat
Fortunati ambo si mens non leua fuisset
Coniugis infande docuit post exitus ingens
TEMPTATIO PER SERPENTEM.
Iamq; dies infanda aderat per florea rura
Ecce inimicus atrox īmensis orbibus anguis
Septē ingens giros: septena uolumina uersat
Nec uisu facilis: nec dictu affabilis ulli
Obliqua insidia ramo frōdente pependit
Viperiam inspirans animam: cui tristia bella
Ireq; insidieq; et crimina noxia cordi
Odit et ipse pater: tot sese uertit in ora
Arrectisq; horret squamis: et ne quid in ausum
Aut intēptatum sceleris ue doliue relinquat
Sic prior alloquitur dictis: seq; obtulit ultro
Dic ait o uirgo lucis habitamus opacis
Riparūq; thoros et prata recentia riuīs
Incolimus que tanta animis ignauia uenit?

92
Strata iacent passim sua quaq; sub arbore poma
Pocula sunt fontes liquidi: celestia dona
Attrectare nefas id rebus defuit unum
Quis prohibet causas penitus temptare latētes
Vana superstitio: rerum pars altera adempta est
Conditio: mea si non irrita dicta putares
AIT DEMON PRIVSEGO COME,
dam: tu uirum tuum hortare ut comedat
fructum

Auctor ego audendi sacrata īsoluere iura
Tu cōiunx tibi fas animum temptare precando
Dux ego uester ero: tua sit mibi certa uoluntas
Extruimusq; thoros: dapibus epulamur opimis
EVA SEDVCITVR. ET IPSA VIRVM
seducit.

Sic ait: et dicto cicius quod longe tenetur
Subiiciunt epulis olim uenerabile lignum
Instituūtq; da pes: contactuq; omnia fedāt
Precipue insistit pesti deuota future
Miraturq; nouas frondes: et non sua poma
Causa mali tāti: summo tenuis attigit ore
Maius adorsa nefas: maioremq; orsa furorem
Heu misero coniunx aliena ex arbore germen
Obicit: atq; animum subita dulcedine mouit
APPOSVERVNT PERIZOMATA
post fructus comestionem.

Continuo noua lux oculis effulsit: at illi
Terrètur uisu: subito: nec plura morati
Corpora sub ramis obiectu frondis obumbrat
Consertum tegmē: nec ipse opis ulla dabat
At non hæc nullis hominum rerūq; repertor
Prospiciēs oculis: cedes et facta tyranni
Prelensit: notūq; ferens quid foemina poscit
Continuo inuadit procul: o procul este pphani
Cōclamāt: celum ac terras qui numine firmat
ADAMVS ET EVA AVFVGERE
uoluerunt: postq; innotuit eos gustasse
fructus uetitos.

Atq; illi longe gradientem ac dira frementē
Vt uidere metu uersi retroq; ruentes
Diffugiunt: siluasq; et sicubi concaua furtim
Saxa petunt: piget incepti: lucisq; nec auras
Respiciunt: tedet celi conuexa tueri
Nec longū in medio tempus cū creber ad aures
Visus adesse pedum sonitus genitorq; p umbrā
Talibus affatur dictis: atq; increpat ultro.

ADAMVS A DOMINO
increpatur.

Infoelix quæ tanta animum demētia cepit
Quis furor iste nouus. quo nūc. quo tēditis inq;
Regnoꝝ immemores. quæ mētem īsanīa mutat
Dicite. que lucis miseris tam dira cupido.

93
Maturate fugam: totoq; absistite luco
Nec reuocare gradū: si quādo aduersa uocarint
Est licitum: flammis ambit torrētibus amnis
Per mediū stridens: torquetq; sonantia saxa
Attollitq; globos flāmarum: et sidera lambit
ADAMVS PECCATVM
confitetur suggestionē uxoris

Ille super tua me genitor tua tristis imago
Hisposuere locis meriti nec deprecor inquit
Omnipotens: sonitumq; pedū: uocēq; tremiseco
Cōscius audacis facti: monitiq; sinistra
Foemina fert tristes lucos: tardumq; saporem
Illa dolos: dirūq; nefas sub pectore uersans
Insontem īfando iudicio moritura puella
Dum ferit in cautum crudeli morte peremit
Suasit enim scis ipse: nec est de te fallere cuiq;
Vt uidi: ut perii. ut me malus abstulit error
Contigimusq; manu: q; nō sua seminat arbos
MALEDICTIO SERPENTIS.
Et e paradiso expulsio.

Tunc pater omnipotēs solio se misit ab alto
Accipite ergo animis: atq; hec mea figite dicta
Tuq; prior scelere ante alios immanior omnes
Quem nec longa dies: pietas nec mitigat ulla
Hortator scelerū coluber mala gramīa pascēs

Desidia latamq; trabes inglorius aluum
Cede locis nullis hoium cogentibus ipse
Tentus ubi argilla et dumolus calculus aruis
MINATVR DEVS HOMINI LABO/
res q; mandatum transgressus fuerit: et q; ter
ra fructus proprios mutabit.

At tibi pro scelere exclamat pro talibus ausis
Omne eum ferro teritur. primusq; per artem
Heu miserāde puer terram insectabere rastris
Et sonitu terrebis aues. horrebit in aruis
Carduus: et spinis surget paliurus acutis
Lappeq; tribuliq; et fallax herba ueneni
Et si triticeam in messem: robustaq; ferra
Excercebis humū frustra expectabis aceruum
Concussa q; fame in siluis solabere quercu
Insper his subeunt morbi: tristisq; senectus
Et labor et dure rapit inclementia mortis

DEVS MINATVR MORTEM POST
uarios labores.

Hæc tibi semper erunt: tuq; o seuissima coniunx
Non ignara mali caput horū et caula malorum
Magna lues commissa tibi: heu perdita nescis
Nec quæ circūstent te deinde pericula cernis
Nūc morere ut merita es: totū quod mēte petisti
Nec mea iam mutata loco sententia cedit

EXPVLSIO EORVM DE PARADISO.

94
At iuuenem primum seuus circumstetit horror
Diriguere oculi: nec se celare tenebris
Amplius aut notas audire et reddere uoces
Haud mora: festināt iussi: rapidisq; feruntur
Passibus et pariter gressi per opaca uiarum
Corcipiūt spatium medium: limenq; relinquunt
Flentes: et paribus curis uestigia figunt
Tunc uictum in siluis baccas: lapidosaq; corna
Dant rami: et uulsis pascunt radicibus herbe
CONCEPTIO CAYN. ET PAR/
tus eue.

Interea magnum sol circumuoluitur annum
Matri longa decem tulerant fastidia menses
Vnde homines nati durum genus: inde p artem
Aut herbe campo apparent: aut arbore frondes
In q; novos soles audent se gramina tuto
Credere: et in lentis uuam dimittere ramis
Instituunt: udoq; docent inolescere luco

ABEL A FRATRE OCCIDITVR
Tunc gemini fratres adolent dum altaria tedis
Alter et alterius prelato inuidit honori
Horresco referens: consanguinitate ppinquum
Excipit incautum: patriasq; obtruncat ad aras
Sanguine fedantem: quos ipse sacrauerat ignes.

POST OCCISVM ABEL DEVS
irascitur humano generi.

Tunc genitor uirus serpentibus addidit atris
Mellaq; decussit foliis: ignemq; remouit
Predariq; lupos iussit: pontumq; moueri
Et passim riuus currentia uina repressit
Mox et frumētis labor additus: ut mala culmos
Esset rubigo et uictum leges egra negaret
Tunc laqueis captare feras: et fallere uisco
Inuentum: et duris urgens in rebus egestas
Mouit agros: curis acuens mortalia corda
Deterior: donec paulatim decolor etas
Ferre progenies durum caput extulit aruis
Et belli rabies: et amor successit habendi
Iusticia excedens terris uestigia fecit
Nec longum in medio tempus furor. ira q; mētē
Precipitant: gaudent perfusi sanguine fratrum
Condit opes alius: defessoq; incubat auro
Nec doluit miserans inopem: dextramq; tetēdit:

DE DILUVIO PROPTER CRIMINA
immissio.

Tūc pater omnipotēs grauiter cōmotus ab alto
Ethere se mittit: tellurem et fundit in undas
Diluuium mittens: celumq; in tartara soluit
Sternit agros: sternit sata leta: boum q; labores
Diluit: implentur fosse: et caua flumina crescunt
Et genus omne neci pecudum dedit omne ferarū

NOE SUPERFUIT DILUVIO.

Tūc pietate grauem ac meritis iustissimus unus
Qui fuit in terris: et seruatissimus equi
Eripuit leto tantis surgentibus undis
Ut genus omne noue stirpis renouata teneret
POST DILUVIUM DEVS LEGEM
dat hominibus: Iudei bello agitantur: Et agit
etiam hic de mari rubro.

Diluuiū ex illo patribus dat iura uocatis
Omnipotēs: magnisq; agitāt sub legibus eum
Quid memorem ifandas cedes: qd facta tirāni?
Nesciaq; humanis precibus māfescere corda
Egyptum uiresq; orientis et ultima bella
Magnanimosq; duces totius origine gentis
Quo cursu deserta petiuerit et tribus: et gens
Magna uirum meriti tantī non immemor unq;
Quiq; sacerdotes ad sint altaria iuxta:
Quiq; pii uates pro libertate ruebant:
Qui bello exciti reges: que littore rubro
Complerint campos acies: quibus arserit armis
Rex genus egregium: magnō inflāmate furore
Agmen agens equitum et florentes ere cateruas
Cetera facta patrum purgataq; in ordine bella
Pretereo: atq; aliis post me memorāda relinquo
NOVVM INCIPIT TESTAMEN-
tum: Et quomodo prophete cecinerūt deum
humanaturū.

Nunc ad te et tua magne pater cōsulta reuertar
Maius opus moueo: uatum predicta priorum
Aggrediar: quāuis angusti terminus eui
Accipiat: tēptanda uia est: qua me quoq; possim
Tollere humo: et nomē fama tot ferre per ānos
Quot tua progenies celo descendit ab alto
Attulit et nobis aliquando optantibus etas
Auxilium: aduentumq; dei: cū foemina primum
Virginis os: habitūq; gerens: mirabile dictū
Nec generis nostri puerum: nec sanguinis edit
Seraq; terrifici cecinerunt omīna uates
Aduentare uirum populis: terrisq; superbum
Semine ab ethereo qui uiribus occupet orbem
Imperium oceano famam qui termiuet astris

DE NATIVITATE CHRISTI.

Iamq; aderat pmissa dies quo tempore primum
Extulit os sacrum diuine stirpis imago
Missa sui imperio: uenitq; in corpore uirtus
Mixa deo: subiit cari genitoris imago
STELLA APPARUIT: ET TRES MA
gi puero dona offerunt.

Haud mora continuo celi regione serena
Stella fac em ducens magna cum luce refulsit
Agnouere deum procures: cunctiq; repente
Muneribus cumulant: et sanctum sidus adorant
Tunc uero manifesta fides: clarumq; paterne

Omen erat uirtutis et ipsi agnoscere uultum
Flagrant: et quæ dent diuini signa decoris
HERODES COMMOMETVR AV
dito infantuli regis iudeorum.

Protinus ad regem magno clamore furentum
Fama uolat: magnisq; acuit rumoribus iras
Incenditq; animum: matrisq; allabitur aures
Illa dolos: dirumq; nefas: haud nescia rerum
Presentit: motusq; excepit prima futuros
Prescia uenturi: furtim mandat alendum
Dum cure ambigue: dum mens exestuat ira

HERODES MANDAT PVEROS
et infantes interfici.

At rex sollicitus stirpē et genus omne futurum
Precipitare iubet: subiectisq; urere flammis
Multa mouens: mittitq; uiros qui certa reportēt
Haud secus ac iussi faciunt: rapidisq; feruntur
Passibus: et magnis urbem terroribus implent:
Continuo audite uoces uagitus et ingens
Infantumq; anime flentes: ante ora parentum
Corpora natorum sternūtur limine primo

DE FUGA DOMINI IN EGIP TVM

At mater gemitu non frustra exterrita tanto
Ipsa manu pre se portans turbante tumultu
Infantem fugiens plena ad presepia reddit
Hic natum angusti subter fastigia tecti

Nutribat teneris inmulcens ubera labris
Hec tibi prima puer fundent cunabula flores
Mixtaq; ridenti passim cum baccare tellus
Molli paulatim colocasia fundet achanto
DE FVNCTO HERODE IHESVS
reuertitur in iudeam.

Et iam finis erat perfecto temporis orbe
Vt primum cessat furor: et rapida ora quierunt
Ante annos animum gestans celestis origo
Per medias urbes graditur populosq; ppinquos
Illum omnes tectis agrisq; effusa iuuentus
Attonitis inbians animis prospectat euntem
Turbaq; miratur matrum quis spiritus illi
Quis uultus. uocis ue sonus uel gressus eunti est
IOHANNES BAPTISTA SALVA
torem baptisate lauit.

Continuo uates nanq; is certissimus auctor
Vt procul a gelido secretum flumine uidit
Tempus ait deus: ecce deus cui maxima rerum
Verborumq; fides tu non eris alter ab illo
Fortunate puer celi cui sidera parent
Sic equidem ducebam animo: rebarq; futurum
Expectare uenis spes et solatia nostri

DE BAPTISMO CHRISTI. ET
quomodo spiritus sanctus descendit in specie colube.
Hec ubi dicta dedit fluuiio mersare salubri

9.
Acceptit uenientem ac mollibus extulit undis
Exultantq; uada: et subito commota columba
Deuolat: atq; caput superastitit: inde repente
Reddit iter liquidum celeres neq; comouet alas
Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat
Certatim largos humeris infundere rores
VOX DE NVBE AVDITA EST:
hic est filius meus dilectus.

Tunc genitor natum dictis compellat amicus
Nate mee uires: mea magna potentia solus
Et predulce decus magnum rediture parenti
A te principium: tibi desinit accipe testor
O mea progenies qua sol utrunq; recurrens
Aspicit oceanum perfecto letus honore
Omnia sub pedibus uerti: regiq; uidebis
Tu regere imperio populos: matresq; uirosq;
Iam pridem relides animos: desuetaq; corda
Ignarosq; uie mecum miseratus inertes
Ingredere: et uotis iam nunc asuesce uocari
Dixerat: ille patris magni parere parabat
Imperiis: instans operi: regnisq; futuris
Heu pietas et prisca fides quas dicere gentes
Incipiam: si parua licet componere magnis
Nec mihi iam patriam antiquam spes ulla uidendi
Nec spes libertatis erat: nec cura salutis
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti

Concretam exemit labem: purumq; relinquit
Ethereum sensum: meq; in mea regna remilit
Illum ego per flammās agerem: si lirtibus exul
Per uarios casus per mille sequentia tela
Quo res cūq; cadent unum pro munere tanto
Exequerer: strueremq; suis altaria donis.
Huius in aduentu tantarum munera laudum
Ipsi leticia uoces ad sidera iactant
Intonsi montes respondent omnia ualles
Tempore nō alio magnum et mēorabile nomē.

TEMPTATIO CHRISTI.

Serpentis furiale malum meminisse necesse est
Aulus quīn etiam fama est obscurior annis
Compellare uirum: ueniendi poscere causas
Hunc ubi tendentem aduersum p gramina uidit
Substitit: infremuitq; ferox: dñumq; potentem
Sautius ac serpens affatur uoce superba
Vera ne te facies? uerus mihi nuntius affers?
Qui genus? unde domo? q nra ad limina tēdis
Fare age: quid uenias? nam te dare iura loquū?
Aut quis te iuuenum confidentissime nostras
Iussit adire domos: paci q; imponere morem:
Nō equidem iuideo: miror magis: accipe porro
Quid dubitem: et q nunc animo sentēcia surgit
Est domus alta: uoca Zephiros et labere pennis
Ardua tecta petens ausus te credere celo

Si modo quē memoras pater est cui sidera parēt
VOX CRISTI AD TEMPTATOREM

Olli subridens sedato pectore fatur
Haud uatum ignarus: uenturiq; inscius eui
Dissimulare etiam sperasti perfide serpens
Ne dubites: nam uera uides: opta ardua pennis
Altra sequi: clausumq; caua te condere terra
Quo periture ruis? maioraq; uiribus audes?
Cede deo: toto proiectus corpore terra

RELINQUIT DEVM TEMPTATOR.

Nec plura his ille admirans uenerabile donum
Fronte premit terram: et spumas agit ore cruēto
Contentusq; fuga: cecis se immiscuit umbris
PROPERABANT POPVLI VT AV
dirent dominum predicantem.

Interea magnas uolitans it fama per urbes
Conuenere uiri: mens omnibus una sequendi
In quascūq; uelit pelago deducere terras
Multi preterea: quos fama obscura recondit
Concurrunt fremitu denso: stipantq; frequētes
Exultantq; animis medium nam plurima turba
Nunc habet: atq; humeris extātem suscipit altis.

DOMINVS LOQUITVR AD TVR
bas, et discipulos suos promittens eis regna
celorum si sequantur eius monita.
Quos ubi confertos audere in prelia uidit

Incipit: et dictis diuinum inspirat amorem
Discite iusticiam moniti: et succurrite fessis
Pro se quisque uiri: que cuique est copia leti
Comunemque uocate deum: meliora sequamur
Quoque uocat uertamus iter: uia prima salutis
Intemerata fides: et mens sibi conscia recti
Vobis parta quies: perfecto temporis orbe
Nam qui diuitiis soli incubuere repertis
Nec partem posuere suis dum uita maneret
Pulsatus ue parens: et fraus innexa cruenti
Tunc cum frigida mors animas seduxerit: artus
Inclusi penam expectant: que maxima turba est
Infernisque sedent tenebris: ueterumque malorum
Supplicia expendunt aliis sub gurgite uasto
Infectum eluitur scelus: aut exuritur igni
Turbidus hic ceno: uastaque uoragine gurges
Extuat: atque omnem cocyti eruptat arenam
Hinc exaudiri gemitus: et seua sonare
Verbera: tunc stridor ferri: stricteque cathene
Semper: et obducta densantur nocte tenebre
Preterea que dicam animis aduertite uestris
Non ego uos post hac celis de more iuuentis
Religione patrum truncis et robore natas
Mortali ue manu effigies: nec templa deorum
Audite: et repetens iterumque iterumque monebo
Sed periisse semel satis est natumque patremque

Profuerit memiuisse magis: si credere dignum est
Sed fugit: et nunc redit irreuocabile tempus
Flamarumque dies: et uis inimica propinquat.
SIGNA VENTURI IUDICII.
Attonitis hebre animis: nec plura moratus
Hic aliud maius miseris mortalibus egris
Iudicium canit: et tristes denunciat iras
Venturum excidium: et uasta conuulsa ruina
Omnia tunc pariter rutilo miscerier igni
Pallentesque polo stellas: celi que ruina
Tum uero tremefacta nouus per pectora cunctis
Insinuat pavor: et taciti uentura uidebant
DE QUODAM ROGANTE DOMI-
num quid faciendo uitam eternam possideret:
Hoc super aduentu cum dicta horrenda moneret
Ora puer prima signans intonsa iuuenta
Diues opum studiis. florens et nobilis ortu
Quinque greges illi balantum: quina redibant
Armenta: et dapibus mensas onerabat opimis
Continuo palmas alacris utraque tetendit
Et genua implectens sic ore affatus amico est
Ad te confugio: et supplex tua numina posco
Omnia perfeci: atque animo mecum ante peregi
Eripe me his inuicte malis: quid denique restat
Quidue sequens tantos possim superare labores?
Accipe: daque fidem: mihi iussa capescere fas est

Atq; huic responsum paucis ita reddidit heros
O prestans animi iuuenis absiste precando
Nec te peniteat nihil o tibi amice relictum est
Hoc etiam his addam tua sit mihi certa uoluntas
Disce puer cōtempnere opes: et te quoq; dignū
Finge deo et quæ sit poteris cognoscere uirtus
Da dextram misero: et fratrem ne desere frater
Si iungi hospitio properat coniunge uolentem
Casta pudicitiam seruet domus: en age surge
Rumpe moras: rebusq; ueni non asper egenis
Dixerat hec ille in uerbo uestigia torlit
Tristior: ora modis attollens pallida miris
Multa gemens seseq; oculis attollit: et aufert
QUANDO INSEdit ASELLO. ET
turba sternebat indumenta.

Tunc etiam tardi costis agitated aselli
Inscdit: nimbo effulgens: cui plurima circum
Matres atq; uiri: pueri. uelamina nota
Subiciunt: funemq; manu contingere gaudet
Iamq; propinquabat portis: templumq; uetustū
Antiqua ex cedro centum sublimis columnis
Aggreditur magna medius comitante caterua
Horrendum siluis hoc illi curia templum
He sacre sedes miro quod honore colebant
CVM FECISSET FLAGELLAM EIF
cit uendentes et ementes.

104
Nanq; sub ingenti lustrat dum singula templo
Horrescit uisu subito insonuitq; flagello:
Significatq; manu: et magno simul intonat ore
Quæ scelerum facies: que ue era micantia cerno:
Celsaris et nomen: quæ uos insania mutat:
Hæ nobis proprie sedes: hic tempore certo
Perpetuis soliti patrum considere mensis
Obstupere animis: gelidusq; per ima cucurrit
Ossa tremor: mensasq; metu liquere priores
DISCIPVLI CONSCENDVNT NA
uem. et fit repentina tempestas.

Inde ubi prima fides pelago: tranquilla per alta
Deducunt socii naues: atq; arte magistra
Hic alius funda latum transuerberat amnem
Alta petens: pelagoq; alius trahit humida lina
Postq; altum tenuere rates: nec iam amplius ulle
Occurrunt terre: crebris micat ignibus ether
Eripuit subito nubes celumq; diemq;
Consurgunt uenti: et fluctus ad sidera tollunt:
At sociis subita gelidus formidine sanguis
Dirigit: cecidere animi: cunctiq; repente
Portum aspectabant flentes: uox omnibus una
Spemq; metumq; inter dubii: seu uluere credant
Siue extrema pati leti discrimine paruo
Qualia multa mari naute paciuntur in alto.

CHRISTVS AMBVLANS SVPER
aquas imperat uentis et mari.
Ecce deus magno misceri murmure pontum
Emissamq; hyemem sensit cui summa potestas
Par leuibus uentis: et fluminis otior alis
Prona petit maria: et pelago decurrit aperto
Nec longo distat cursu pereunte carina
Agnoscent longe regem: dextraq; potentem
Nudati socii: et magno clamore salutant
Postq; altos tetigit fluctus et ad equora uenit
Id uero horrendum ac uisu mirabile forte
Subsidunt unde remo ut iuctamen abesset
Collectasq; fugat nubes: graditurq; per equor
Iam medium. nec dū fluctus latera ardua cinxit.
At media socios insedens naue per ipsos:
Ecce gubernaculo rector subit ipse magister
Intremuit malus: tremuit sub pondere cimba
Vela cadunt: puppiq; deus consedit in alta
Et tandem leti naute aduertuntur harenae.

VESPERI PARATVR CENA.
De uexo interea proprior fit uesper olympo
Tunc uicti reuocant uires: fusi q; per herbam
Et dapibus menas onerant. et pocula ponunt
HIC DOCET SACRAMENTVM
corporis et sanguinis sui.
Postq; prima dies epulis. mensq; remote

108
Ipse inter genitor primos instaurat honores
Sulciens celum tunc facta silentia linguis
Dat manibus fruges: dulcesq; a fontibus undas:
Impleuitq; mero pateram: ritumq; sacrorum
Edocet: immiscetq; preces: at talia fatur
Audite o proceres ait: et spes discite uestras

VNVS VESTRVM ME TRADET
querētibus me.

Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit
Promissisq; patris uestra iquit munera uobis
Certa manēt pueri: et palmā mouet ordie nemo
Et lux cum primum terris se crastina reddet
Vnus erit tantum in me exitiumq; meorum
Dum medium paci se offert de corpore nostro
Nanq; dies nī fallor adest secludite curas
Mecum erit iste labor: nec me sententia fallit
Vnum pro multis dabitur caput: hæc ita fatus
Conticuit: seramq; dedit per membra quietē

CONSILIVM INIERVNT VT
eum morti traderent.

Oceanum interea surgens aurora relinquit
Iamq; sacerdotes late loca questibus implent
Cū patribus populi sequit q; p agmina murmur
qd genus hoc hoīm. q; ue hūc tā barbara morē.
Permittit patria: penas cum sanguine poscunt:
Vndiq; collecti: et magno clamore sequunt

Infontem: seuitq; animis ignobile uulgus
Sol medium celi conscenderat igneus orbem
Cum subito acciri omnes populosq; patresq;
Exposcunt: fariq; iubent: quo sanguine cretus
Quid ue petat. quid ue ipse ferat: preclara tuētes
Facta uiri nimius dolor: et stupor urget inertes
Nescia mens hominum: certant illudere capto
Tum uero aptatis concurrunt undiq; telis
Tollitur in cælum clamor: cunctiq; repente
Corripuere sacram effigiem manibulq; cruentis
Ingentem quercum decisis undiq; ramis
Constituunt: spinisq; ligant ingentibus illum
Tendebantq; manus pedibus per mutua nexis
Triste ministerium sequitur quos cetera pubes
Ausi omnes immane nefas: ausoq; potiti
Ille autem inpavidus quo uincula nechtis inquit
Tanta ne uos generis tenuit fiducia uestri?
Post mihi non simili pena commissa luetis
Talia perstabat memorans: fixusq; manebat
Interea magno misceri murmure celum
Incipit: et rebus nox abstulit atra colorem
Im; iaq; eternam timuerunt secula noctem
Terra tremit: fugere fere: et mortalia corda
Per gentes humiles strauit pavor: inde repente
Dat gemitum tellus: celum tonat omne fragore
Extemplo cōmote herebi de sedibus imis

102
Vmbre ibant tenues tellus quoq; et equora pōdi
Quin ipse stupuere domus: atq; intima leti
Tartara: et umbrose penitus patuere cauerne
Sol quoq; exoriens cuncti se scire fatentur
Tunc caput obscura nitidum ferrugine texit
Diffugiunt comites: et nocte teguntur opaca
Multaq; dura suo tristi cum corde uolutant
Quid faciant: herent infixi pectore uultus
Verbaq; nec placidam membris dat cura quietem
Tunc senior tales referebat pectore uoces
Multa putans ubi nunc uobis deus ille magister
Quē sequimur: quoue ire iubes: ubi ponere sedē
O dolor atq; decus tantarum gloria rerum
Iam iam nulla mora est: et nos rape in oīa tecū
Oramus: teq; aspectu ne subtrabe nostro:
TER CIA DIE
resurrexit.

Hos inter motus: media inter talia uerba
Tercia lux gelidam celo dimouerat umbram
Iamq; pedē referens: superas ueniebat ad auras
Cum subito ante oculos ingenti mole sepulcrū
Corpus ubi exanime positū nec claustra. nec ipsi
Custodes sufferre ualent: auulsaq; saxis
Saxa uident: laxis laterum compagibus artis
At sonus: ingenti concussa est pondere tellus
Horror ubiq; animum simul ipsa silentia terrent

FORIBVS CLAVSIS APPARVIT
dominus discipulis.

Ecce autem primi uolucrum cum culmine catus
Ingreditur linquens antrum: spoliisq; superbis
Ibat ouans: pulsuq; pedum tremit excita tellus
Vulneraq; illa gerens foribus sese ingerit artis
Atq; hinc ingentem comitum affluxisse nouorū
Inuenit admirans numerum: cunctisq; repente
Improuisus ait: coram quem queritis adsum
Vicit iter durum pietas: et uiuida uirtus
Precipites uigilate uiri: timor omnis abesto

INSTRVIT APOSTOLOS.

Hi nostri reditus: expectatiq; triumphi
Hec mea magna fides: o terq; quaterq; beati
Que uobis: que digna uiri pro laudibus istis
Premia posse reor solui: que dona parari?
Accipite ergo animis que uos a stirpe parentum
Prima tulit tellus eadem uos ubere leto
Accipiet: renouate animum: mestumq; timorem
Mittite: et uosmet rebus seruate secundis

RELINQUIT PACEM APOSTOLIS.

Quod superest leti bene gestis ordine rebus
Pacem orate manu: pacem laudate sedentes
Magnanimi: pacis solum inuiolabile pignus
Et simul his dictis faciem ostentabat et ora
Ora manusq; ambas: populataq; pectora ferro.

153
Immiscetq; manus manibus gaudentq; tuentes
Nec uidisse semel satis est: iuuat usq; morari
Et conferre gradū. et dextre cōiungere dextram
CHRISTVS DIMISSIS APOSTOLIS
rendit ad patrem.

His demum exactis: spirantes dimouet auras
Aera per tenerum: celoq; inuectus aperto
Mortales uisus medio in sermone reliquit
Seq; inferit septus nebula mirabile dictu
Atq; illum solio stellantis regia celi
Accipit: eternumq; tenet per secula nomen
Ex illo delatus honos: letiq; minores
Seruauere diem: tot iam labentibus annis
I decus o nostrum: tantarum gloria rerum
Semper honos: nomenq; tuū: laudesq; manebūt
Et nos et tua dexter adi pede sacra secundo
Annua que differre nefas: celebrate fauentes
Hunc socii morem sacrorum. hunc ipse teneto
O dulcis coniunx: et si pietate merentur
Hac casti maneant in religioe nepotes.

Probe Centone clarissime foemine
opusculum finit.

mitis fuit et huilis corde: et pphetauerat Esaias.

FORIBVS CLAVSIS APPARVIT
dominus discipulis.

Ecce autem primi uolucrum cum culmine catus
Ingreditur linquens antrum: spoliisque superbis
Ibat ouans: pulsuque pedum tremit excita tellus
Vulneraque illa gerens foribus sese ingerit artis
Atque hinc ingentem comitum affluxisse nouorū
Inuenit admirans numerum: cunctisque repente
Improuisus ait: coram quem queritis adsum
Vicit iter durum pietas: et uiuida uirtus
Precipites uigilate uiri: timor omnis abesto

ISTRVIT APOSTOLOS.

Hi nostri reditus: expectatique triumphi
Hec mea magna fides: o terque quaterque beati
Que uobis: que digna uiri pro laudibus istis
Premia posse reor solui: que dona parari.
Accipite ergo animis que uos a stirpe parentum
Prima tulit tellus eadem uos ubere leto
Accipiet: renouate animum: mestumque timorem
Mittite: et uosmet rebus seruate secundis

RELINQUIT PACEM APOSTOLIS.

Quod superest leti bene gestis ordine rebus
Pacem orate manu: pacem laudate sedentes
Magnanimi: pacis solum inuiolabile pignus
Et simul his dictis faciem ostentabat et ora
Ora manusque ambas: populataque pectora ferro.

143
Immiscetque manus manibus gaudentque tuentes
Nec uidisse semel satis est: iuuat usque morari
Et conferre gradum. et dextre coniungere dextram

CHRISTVS DIMISSIS APOSTOLIS

tendit ad patrem.

His demum exactis: spirantes dimouet auras

Aera per tenerum: celoque inuectus aperto

Mortales uisus medio in sermone reliquit

Seque inferit septus nebula mirabile dictu

Atque illum solio stellantis regia celi

Accipit: eternumque tenet per secula nomen

Ex illo delatus honos: letique minores

Seruauere diem: tot iam labentibus annis

I decus o nostrum: tantarum gloria rerum

Semper honos: nomenque tuum: laudesque manebunt

Et nos et tua dexter adi pede sacra secundo

Annua que differre nefas: celebrate fauentes

Hunc socii morem sacrorum. hunc ipse teneto

O dulcis coniunx: et si pietate merentur

Hac casti maneant in religioe nepotes.

Probe Centone clarissime foemine
opusculum finit.

mitis fuit et builis corde: et prophetauerat Esaias.

PREFATIO SVPER SIMBOLVM A/
thanasii diuersis ex Thome aquinatis codici
bus excerpta Incipit *Glosa scti thome aquinatis*

QVICVM. VVLT SAL. ESSE AN. et c.
Sine qua impossibile est placere deo. et fal
sa est uirtus etiam in optimis moribus.

Accedentem quoque ad deum oportet credere: et
passibus fidei ad eum deuenire.

Que fides sane habitus mentis est: qua ueritas
inchoatur eterna in nobis faciens intellectum non
apparentibus assentire.

Est profecto sperandarum rerum: seu quedam fu
ture beatitudinis inchoatio.

Est amplius credere quod non uides: atque miran
da rei incognite certitudo.

Cuius actus perfectus atque meritorius est in deum
credere: eumque tota mente: totaque uoluntate diligere.

QUAM NISI QVIS. INTEGRAM. et c.

Non eam quispiam rationibus probet: ne meritum
quidem amittat et premium

Demonstratiua tollat etiam argumenta: ubi fides
catholica queritur.

Qui probare rationibus aut experimentis inni
titur fidei derogat: et pagano cedit in derisionem

Ergo fidem corde mentemque inuisibilem complectatur

ne prophanet ueneranda misteria.

Quod si aliquis probatio perquirat quae firmissima est atque
efficacissima autoritate canonica roboretur.

Hinc est etiam quod ecclesie sacramenta quae fidei quidam
prestationes sunt de iure nature non esse concedimus

FIDES AVTEM CATHOLICA. HEC EST. et c.

Fides catholica tenet et naturali ratione probatur
ut unum deum primamque causam credamus om
nipotentem.

Ipsum insuper esse celi terreque factorem uisibilium
omnium atque inuisibilium: earumque rerum indu
bitatum prouisorem nullatenus dubitemus.

Cuius quoque prouidentia a fine usque ad finem at
tingens fortiter: suauiterque cuncta disponit:

Qui in principio temporis celum terramque crea
uit uel in filio rerum omnium principio per quem
positiua atque existentia omnia facta sunt.

Porro sine ipso nihil idest peccatum factum est
cuius entitatis: actusque quauis deus causa sit: an
nexe tamen actui deformitatis humana uolun
tas existit:

Et licet deus mali pene ob nostra facinora factor
esse credatur: mali tamen culpe quam non diligit:
sed odio habet: eum causam esse minime pu
tandum est.

Ipse etiam non operibus nostris sed sua bonitate

atq; infinita clemētia gratiam donat: quā cum reliquis infusis uirtutibus atq; cōcomitantibus peccatis etiā exigentibus aufert: sicq; cor Pharaonis indurate: et populi excecāre: ip̄iusq; aures agerare: ne cōuertātur: nos quoq; de uis bonis errare facientem: atq; prescitos tradere in reprobū sensum eum sacra noui. ueterisq; testamenti scriptura commemorat.

In hac autē trinitate unū deū non unicum p̄feramus ne cōmunicatiōem cogeremur negār deitatis

Quāuis unicū nō asseramus deū unicū tñ dñum nostrū Ihesum xp̄um p̄culdubio confitemur

Cum dicimus deus unus est: li unus quāuis deorum pluralitatem neget: deitatem tamen cōmunicādam tribus suppositis asserit.

Cum uero deus unicus est proferimus: li unicus cum dīminutiuū sit: non solum pluralitatē deorum negat. sed naturam diuinam tribus mīme cōmunicandam personis affirmat.

NEQUE CONFVNDEN. PERSO. etē.

Et quandoquidem ex uerbis inordinate prolatis incurritur heresis: ideo cum modestia de trinitate agendum est.

Nam nec periculosius alicubi erratur: nec laboriosius aliqd queritur: nec fructuosius aliqd inuenietur.

103
In diuinis profecto diuersitatis et differentie nomen uitandum est. ne unitas diuine tollatur essentie.

Propter enim relatiuam oppositionē uti distinctionis nomine possumus et ualemus.

Ne autem diuine substantie simplicitas auferatur separationis nomen uel diuisionis euitare debemus.

Vt etiam equalis gloria ac coeterna exprimatur maiestas: disparitatis nomine non utamur.

In patre ergo et filio atq; spiritu sancto non est discrepās nō alienus sed una deitas. ut similitudinem in diuinis confiteamur.

Et p̄m et filium ac spiritū sanctum singularem deum p̄dicare absq; dubio sacrilegum est.

Et ne a personis ordo nature tollatur nec cōfusū est: quod unū est neq; multiplex esse potest.

Vna est essentia patris et filii et spiritus sancti: in qua nō est aliud pater: aliud filius: aliud spiritus sanctus: quāuis p̄sonaliter alius sit pater: alius sic filius: alius spiritus sanctus.

Alius masculine sumptum non nisi suppositi distinctionem importat. sed neutraliter positū cōmunem essentiam significat.

Licet pater sit altissimus: et spiritus sanctus similiter: tamen solus altissimus Ihesus christus ab ecclesia decantatur.

Nec absolute dicimus q̄ solus filius sit altissimus
sed cum spiritu sancto in gloria dei patris cōcin-
nendo firmamus.

Hoc sane modo cōclusionem ueram pollicemur
si aliud in neutro genere dictio exclusiua solus
excludat.

In hac indiuidua trinitate tres sunt persone non
natura sed relatione distincte.

Licet una p̄sona non sit alia: una tñ est in alia ut
filius in patre: et pater in filio esse dicatur.

In diuinis ferme quinque ponimus notiones que
sunt Innascibilitas. Paternitas. Filiatio. Cōmunis
spiratio: processioq̄.

Hæc autē dūtaxat relatiōes dicimus paternitatē
filiationē cōem spiratiōem: atq̄ processionem

Ex his tres sunt tantum proprietates personales
paternitas: filiatio: processioq̄:

Relatiōis atq̄ diuine essentie esse in deo non esse
aliud: sed unū: idemq̄ certissime predicamus.

Porro si relatio que deo realiter cōpetit: essentia
diuina nō est: creatura proculdubio diceretur cū
omnis res que diuina essentia non est: creatura
esse probatur: et ita relationi non erit adoratio
latrie exhibēda: quod contra in p̄fatiōe ab eccle-
sia concinnitur: ut in p̄sonis p̄prietas et in mai-
estate adoretur equalitas..

106
Dicimus quoq̄ tres existentes: tres sapiētes: aut
tres eternos. si adiectiue sumantur.

Si uero substantiue capiantur: unum increatum
et imensum: eternūq̄ firmissime proferamus.

Quare nomina diuinam essentiam substantiue
significantia singulariter nō pluraliter de tribus
personis predicantur.

Sortē enim Platonē ac demosthenem tres hoīes
disputamus: patrem et filiū et spiritū sanctū non
tres sed unum deum omnino defendimus.

In tribus humane nature suppositis tres huma-
nitates asserimus.

In tribus autē p̄sonis diuis una tñ p̄sistit essētia.

Quamuis tres sint habentes deitatem non ta-
men sequitur q̄ tres deos dicere teneamur.

Quoniam deus substantiue dicitur: sed habens
deitatem adiectiue significatur.

PATER A NVLLO EST FACTVS. etē.

Est enim pater principium non de principio: fili-
us principium de principio. spiritus sanctus prin-
cipium de utroq̄ principio.

Harum etiam personarum una est generans alia
genita alia spirata.

Et licet deus pater filium genuerit: et cuncta que
pater habet filio dederit et p̄ et filius oīa spiritui
sancto cōmunicauerint totū sibi ipsis retinuerunt.

Totum posse totumque uelle quod pater habet et
filius habet ac etiam spiritus sanctus.

Verū tamen pater filiū generare potest: gignitque
et deus filius nec potest: nec uult: nec etiam spiri-
tus sanctus.

Et pater et filius unum sunt principium spiritus
sancti: et hoc quod dico principium non habet
determinatam. sed consulam pro duabus personis
simul habet suppositionem.

Et quoniam spirans adiectiuum: spirator uero substan-
tium est: licet pater et filius unum principium
sint spiritus sancti: dicere tamen possumus quod pa-
ter et filius sint duo spirantes propter pluralitatem
suppositorum: non autem duo spiratores prop-
ter unam spirationem: nam adiectiua nomina nu-
merum habent secundum supposita: substantiua ue-
ro a seipsis secundum formam significatam.

ET IN HAC TRINITATE NI. PRI. et.

Est et in trinitate ad confusionem expellendam or-
do secundum originem omni absque prioritate.

Hic ordo nature uocatur: non quo alter sit prius
altero: sed quo alter est ex altero.

Ordo in diuinis personis attenditur: et priorita-
tem omnem catholica fides excludit.

Cum filius sit simpliciter primus: pater nullo mo-
do prior est filio.

107
In trinitate nulla prioritas probari potest: neque
duratione: neque natura: neque intellectu: neque
dignitate.

Pater in essentia prior filio non est: cum diuina
essentia communis sit et non diuisibilis.

Neque filium pater relatione precedit: cum relati-
uorum sit simul esse natura.

Neque tempore prior est filio: quoniam relatiua posita se
ponunt: et interepta se perimunt.

Non etiam intellectu prioritas ulla est: cum unum
per alterum diffiniatur.

Et licet pater suum dederit esse filio: nullo modo
priorem esse filio dignitate probatur.

Eadem enim dignitas que in patre est paternitas
in filio est filiatio.

Et sicut paternitas in patre est diuina essentia uel
bonitas: ita eadem essentia numero uel bonitas
in filio est filiatio.

Patet ergo patrem nullo modo esse posse priorem
filio: neque secundum id quod absolutum est neque
secundum id quod ad aliquid est.

Eam ob causam prioritatis atque posterioritatis in di-
uinis signa secundum quosdam a ueritatis semita deui-
antes catholica disciplina non tenet.

SED NECESSARIUM EST AD ETE. et.

Est igitur deus incarnatus non carnatus: ut genus hu-

q. p. in unum
pater et filius

manum ab eterna morte redimeret.

Et uerbum diuinum factum est caro: non ex uiri
li semine sed mistico spiramine.

Qui prius eternus factus est tēporalis: et factus
est deus homo: ut homo fieret deus.

Cum sit possibile apud deum omne uerbum ad
sanandā miseriam nostram sua incarnatione mo
dum conuenientioreminimereperimus.

Profecto ex hoc certificatur et fides exaltatur et
spes supra modum excitatur et caritas:

Quod si primus parens noster non deliquisset:
deus nequaquā humanatus extitisset.

Sane tolle morbos: aufer et vulnera: et nulla erit
causa medicine.

Duas in Christo ueneramur natiuitates: unam
eternam alteram temporalem: eternam ex patre
temporalem ex matre profitemur.

Generatiōem eius ex patre Esaia teste: quis enar
rabit? natiuitatem uero ipsius ex matre liber ge
nerationis Ihesu xpi aperte pronunciat.

Deus homo ex mris substantia in seculo natus est
ut seculum a diaboli potestate saluaret.

Ex purissimis: castissimisq; uirgis sanguibus nasci
tur: et omni procul peccato spu sancto concipit.

Nec fomitem originalis culpe contraxit.: qua im
munem post sanctificatōne dūtaxat matrē pcul

dubio predicamus.

Iohānes baptista: necnon et Hieremias ppheta
in utero sanctificati originali noxa immunes ex
titisse negantur.

Iohānes baptista atq; Hieremias post sanctifica
tionem ex utero et si non deliquerunt peccare ta
men uenialiter potuerunt.

Beatissima uirgo nec uenialiter peccare potuit.
nec ullam habuit inclinationem ad malum: cum
in bonum tota fuerit intēta: atq; in ea diuina san
ctificationis gratia fomitem prorsus extinxerit.

PERFECTVS DEVS PERFECT. HO. et c.

Ihesus Christus dei filius naturam hominis: nō
personam assumpsit.

Ipse quoq; naturam assumpsit humanam: nō se
cūdm qd est a singularibus separata. neq; ab in
diuiduis cunctis abstracta.

Natura huāna a xpo assumpta est: non q in spe
cie cōsiderat: neq; in oēs ypostases eius assūpsit.
Corpus quidem uerum assumpsit carnale atq;
terrestre: ex quo carnem habuit et ossa: ueramq;
substinuit mortem.

Insuper assumpsit et animam: cum tristem eius a
nimam usq; ad mortem extitisse legamus.

Mentem quoq; et intellectum assumpsit: ex quo
mitis fuit et huilis corde: et pphetauerat Esaia.

Inquiens: ecce intelliget puer meus.

In anima a uerbo assumpta gratiam habitualemente fuisse tenemus: nam in Christo spiritum domini requieuisse cantamus.

Et cum omnes uirtutes dei filius habuerit: in eo tamen fides non fuit: quia nihil in eo non apparet fuit cum cuncta nouerit apertissime.

Neque spes in eo fuisse perhibetur: cum plene fruitionem diuinam a principio sue conceptionis habuerit.

Gratia uniuersis in Christo fuisse infinita probatur: sed habitualis finita et infinita dici potest.

Quamuis talis habitualis gratia finita esse dicatur: in Christo tamen augeri non potuit.

Gratia habitualis in Christo essentialiter uel simpliciter finita conceditur: effectualiter autem aut secundum quod infinita dici potest.

In primo conceptionis instanti corpus credimus existisse formatum: et angelo nuntiante atque spiritu sancto adueniente mox uerbum in utero mox extra uterum uerbum caro factum est.

Simul caro simul dei uerbi caro simul caro animata rationali et intellectuali conceditur.

Firmissime concedamus et nullatenus dubitemus carnem Christi in utero uirginis non fuisse conceptam priusquam non susciperetur a uerbo.

100
In primo sue conceptionis instanti sanctificatus fuit: nam quod ex beata uirgine natum est sanctum uocatum est filius dei: et quem per sanctificauit et misit in mundum Conceptio Christi spiritui sancto spiritaliter attribuit licet sit a tota trinitate singulisque personis: cuius Christi etiam corpus non proprie de spiritu sancto: sed ex spiritu sancto conceptum esse profiteamur. Ex quo igitur factus est perfectus homo in primo sue conceptionis instanti usum liberi arbitrii asserimus habuisse.

In quo etiam primo instanti et mereri potuit: et beatus extitit et simul uiator atque comprehensor fuisse conceditur:

Naturam principium incarnationis: personam uero eiusdem fuisse terminum arguimus.

Dei filius perfectus homo: qui totam naturam curare uenerat humanam quosdam defectus assumpsit humanos: non autem contraxit

Et ut perfectionem sue humanitatis ostenderet noluit miracula facere: aut predicare: nisi quousque perfecte foret etatis.

QUOD PASSVS EST PRO SALV. NO. etc.

Et necessarium fuit Christum pati ut genus humanum a damnatione liberaret eterna.

Dei filius qui oblatus est quia ipse uoluit nece uiolenta mortuus est. quem si non occidissent

100
hebrei etiam confectus senio obiisset:
In morte sua corpus iacuit i sepulchro anima ue
ro descēdit ad inferos.

In triduo quidem facta est humanitatis atq; di
uinitatis ueraciter separatio.

In triduo sane christus uerus homo nō fuit quis
filius hominis fuisse scribatur.

Quod semel assumpsit nūq̄ amisit: ea m ob rem
nec corpus in sepulcro: nec animam in inferno
unq̄ diuinitas dereliquit.

Nec dedit sanctū suū corruptionē uidere diuitas
nec aliquo mō deseruisse mente uoceq; loq̄mur.
Nec fuit christi corpus in triduo cadauer ut qui
dam falso atq; perperam huius nominis signifi
cationem exponunt.

Et cum quadruplex infernus esse dicatur: solū in
limbum sanctorū patrū descendisse narratur.

Diluculo tertia die surrexit a mortuis: et doti
bus quatuor corporis gloriosus.

Sanguinem in cruce totum largiter effusum: to
tum reassumpsit: et id omne quod de huāne na
ture perfectione monstratur.

Xp̄us resurgēs Marie magdalene primū apparu
it: post atq; deinde ceteris sese rite monstrauit.

Firmissime credendū ē gloriose uirgrni primū ap
paruisse quāuis hoc euāgeliste non referant.

Post resurrectionem uere comedit et bibit. quod
postea in materiam piacētem resolutum est.

Amplius naturam atq; uirtutem glorificate car
nis ostēdit: cum ex oculis apostolorū euanuit: et
se inuisibilem cunctis effecit.

Post quadraginta dies ascendit ad celos: cuius
motus non instantaneus: sed successiuus extitisse
probat.

Sanctorū corpora quorū monumēta die paralce
ues aperta sunt: et ip̄a cū xp̄o dominica die resur
rexerunt non iterum mortua sunt. ne maius illis
esset tormētum qui surrexerunt: si rursus mortui
essent q̄ si non resurgerent.

Incūtanter ergo credere debemus: quia qui resur
gēte domino a mortuis surrexerūt: eo quoq;
ascēdente ad celos et ip̄i pariter ascenderunt.

Ascendit humanitas in uirtute diuinitatis: q̄ to
tum celum empireum illustrauit.

Scandit xp̄us secūdum q̄ homo: et sedet ad dex
teram dei patris omnipotentis:

Tunc pater ad filium loquit̄: sede a dextris meis
ad cuius dexterā sedere xp̄i ppriū esse cōfitemur
Solut xp̄us patri coequalis i gloria ad ip̄ius dex
teram sedere concinitur.

Beata uirgo non sedere sed astare a dextris dei
dauidico psalterio decantatur:

Mediat ipsius gloria inter deum aliosq; sanctos
sicut et ipsius adoratio media reperitur: et a theo-
logis sanctis exponitur.

Nam soli deo latria datur: sanctisq; aliis dulia:
virgini tñ gloriose yperdulia tribuitur.

Sic solus christus sedere dicitur. ceteri sancti stāt
sed uirgo intemerata iuestita deaurato idest cor-
pore glorificato: quod anime indumentum nun-
cupatur circumamicta uarietate idest quatuor
dotibus exornato astare quotidie in sancta eccle-
sia decantatur.

In nouissimo sane seculo uenturus est christus iu-
dicare uiuos et mortuos.

Veniet quidem cum potestate ac maiestate et in
ualle Iolaphat cūctos hoīes ī iudicio cōgregabit
Hoc Iohel propheta meīnir: hoc Platonis philo-
sophi in pbedrone sententia refert.

Oia uindex mentaliter disceptabit peccata discu-
tiens dūtaxat sententiam uocaliter profereat.
Gloriosus cum iustis in aere cernetur: ceteris in
ualle aliisq; adiacentibus locis cū fletu lacrimisq;
morantibus.

Cremabuntur: morientur et omnes: sed iusti lesi-
onem minime patientur.
Iusti corpora gloriosa suscipient sole septies clari-
ora in que animarum gloria redūdabit.

Beatorū corpora sine deformitate resurgent quo-
rum naturā sicut absq; defectu deus instituit: ita
sine defectu deus reparabit. et in mōstruosis na-
torū membrīs potentia diuina supplebit.

Licet iustorum corpora in una eademq; iuuenili
etate resurgant: non tamen in eadem corporis
quantitate.

Mōstruosorum corpora in illa quātitate rēurgēt
in qua natura usq; ad terciū septēnium pduxisset
si paucitate: aut supfluitate materie: uel alio mō-
do impedita non fuisset.

Iustorum guttura deum humana uoce laudabūt
et ut creditur: primam omnium linguam loquē-
tur hebream.

AD CVIVS ADVENTVM OM. etē.

Tūc inexcusabiles terribilis iudex illos habebit:
quos ueritas nō latet et perseuerat iniquitas.

Nō descēdet aut ueiet xp̄us ut in primo aduētū
sicut pluuia in uellus sine strepitu atq; clamore:
sed cūctos reboātis tūbe taratantara deterrebit.

ET QUI BONA EGERVNT IBVNT etē.
Venientes ad iudiciū sancti uenient cum exulta-
tione portantes manipulos suos.

Qui bona egerūt celū īgrediētur empireū et iuti
lumine glorie diuinam intuentur essentiam.
In lumine creato lumen cernemus eternū: quo in

tellectiua potentia confortabitur: ut diuinum per illapsum clare cōtempletur obiectum.

¶ Nō autē gratia cōsumata deo potētiam secundū esse sed secundū intelligere dūtaxat coniungit.

Lumen glorie quod grā cōsumata uocatur inter obiectū atq; potētiam proportionē causat: quod licet secundū substantiā finitū sit: secundum tñ actū aut respectū infinitū posset pculdubio dici:

Iustorū beatitudo originaliter atq; substantialiter in actu intellectus: formaliter autem et completiue in actu uoluntatis existit.

¶ Eam ob rem intellectus uoluntate simpliciter prestantior arguitur: uoluntas intellectu secundum quid altior esse probatur.

Beati in patria p prius xpī diuinitatem q̄ eius humanitatem cōtemplātur: et ingredientur ad xpī diuinitatē perspiciēdam: et egredientur ad ipius humanitatem cōtemplādā: et utrobq; pascua idest delectationem inueniunt.

In statu tamen uie qua sumus non dum deo perfecte coniuncti ex christi humanitate in ipsius diuinatis intelligentiam peruenimus.

¶ In xpī diuine nature fruitione premiū essentiale in eiusdem nature humane glorificate sensibili uisione accidentale consistit.

¶ Presciti ad focos tartareos properabūt. et ab aq̄s

112
nimiū ad calorem nimiū transeūtes igne ppetuo comburentur: sicq; in eis est uarietas penarū non refrigerans sed magis affligens.

¶ Ignis aīas reprobatorū exuret ut instrumētū diuine iusticie uindicātis: sicq; tale agens materiale secundum quid posse spiritali nobilius arguitur. Erit inter spiritalē atq; materiale contactus non mathematicus: sed uirtualis.

¶ Ignis corporeus in aīas reprobatas aget non actione et passione nature sed spiritali.

¶ Et sicut beati deum corde et ore laudabūt: ita dānati deum punitorem corde blasphemabūt et ore sicq; blasphemando peccabunt.

¶ Et cessante motu primi mobilis caliditas atq; frigiditas agent in corpora damnatorū.

¶ Damnati in inferno existentes recta et deliberata ratione non esse affectabunt.

¶ Reprobati maxima in eis regnante inuidia: atq; obstinata auersione adeo alios nō dānatos gliscunt cupiūtq; damnari: uellēt tñ propinquos suos potius saluari q̄ alios. quia minus inuidēt eis

¶ Damnati cuncta bona que fecerunt agnoscent: ex quibus dolor eorum non minuetur: sed propter amissionem magis augebitur.

¶ Ipsi quoq; noticia hic acquisita non cum delectatione: sed cum tristitia utentur: et quos secum in

inferno uident de penis suorum gratulantur in
imicorum.

Ipsi insuper uoluntatem eorū uolūtatī diuine cō
formare tenēt: peccātq; non conformando.

Corpora damnatorū cū defectibus suis naturali
bus uidelicet pōderositatē: et hūmōi resurgent nō
autem cū morbo uel membri defectu eruntq; in
corruptibilia ex agētis defectu: nō autē intrinsece

HEC EST EIDES CATHOLICA. et c.

Christianū uerū oportet fideliter atq; ueraciter
credere: et uerba ordinate riteq; proferre.

Neceſſe eſt etiā eūdem credēdo firmiter adhere
re: et effectū argumētī nō apparentium habere.

Quoniam quī in fide catholica heſitat aut forte
titubat: proculdubio arguitur

Ei nit.

Alia ſimilis explanatio ſup orōne dñicā. *3. p. n. o. p.*

PATER NOSTER Qui ES IN CELIS.
tota id eſt trinitas ineffabilis.

Qui ſolus celum terramq; replet: et ubiq; immo
bilis ades.

Angelus in loco eſt diſtinitiuē: homo tamen lo
co circumſcribitur.

Deum in oībus creaturis per potētiam per pſen

tiam per eſſentiam cōfitemur eſſe cauſaliter.

Eundem in ſanctis omnibus: angelisq; per grām
adoptionis dicimus exiſtere obiectaliter.

Iplum quoq; in Chriſto hoīe per unionis grātiā
tenemus eſſe perſonaliter.

Quēadmodū dei filius Innocētio teſte p naturā
habet triplicē modū i rebus eſſendi: ē enim i om
nibus p eſſentiā: i iuſtis p grām: i natura aſſūpta
p unionē: ita corpus eius triplicē habet modum
eſſendi: ē ſane i celo localiter: in uerbo pſonaliter
in altari ſacramentaliter: ſecūdū eius eſſe naturale i
uno tm loco ē: ſecūdū eius eſſe ſuppoſitale i loco
nō ē: ſecūdū eius eſſe ſacramentale i pluribus locis ē.

SANCTIFICETVR NOMEN TVVM.

Nomen quippe natoꝝ pauperū refugium.

Nomē dei regiſq; ac ceteroꝝ nomē terroris aſſe
ritur. Sed patris nomen ſpei atq; confidentie
nuncupatur.

Profecto apoſtolus miſericordiam conſecutus ſe
dei gratiam habere referebat.

Nam ad patrem domini noſtri Iheſu xpī ſua ge
nua deſlectebat.

Adiſcendam dei gratiam nomen patris peni
tentiam inſinuat.

Ex quo filius prodigus ſurgam et ibo ad patrem
peccatoribus indicat.

Cum filius deliquit: patremq; iudicem habet spe-
rat misericordiam consequi.

Cum p[ro] peccato magno paululum supplicii satis
est patri

Nomen Ihesu xpi omniu salutē importans sup
omne nomen principatur.

Quo omne genu infernorum: terrestrium: atq;
celestium inclinatur.

P[re]s n[ost]ri impossibile est nosce secretū ut ambrosius
inq[ui]t: qm̄ mēs deficit: uox filet: raucescit ingeniū.

Nec putet tale archanū hilario teste huāna intel-
ligētia p[er]scrutari: t[ame]nq; se posse nosce misterium.

Sanctificetur nomen quod nobis animam cor-
pusq; dedisse concedimus.

Quod deniq; ex nihilo nos creauit: nam toti tri-
nitati hoc opus ascribimus.

ADVENIAT REGNUM TVVM: quo be-
ati tuam quotidie deitatem extollunt.

Et tibi formali atq; materiali uolito sese confor-
mes penitus reddunt. Regnū ferme pacificū
et immortale quo nulla dominatur inuidia.

Quo seraphin illuiat: purgat: perficit: q; anime
xpi: interdumq; beate uirginis intelligentia.

Regnum insup quo sancti p[ro] nobis aduocati de-
um rogant. atq; p[ro] eor[um] gloria quā expectant
corpor[um] orant: nā in reassumptis corporibus post

uniuersale iudiciū eor[um] beatitudinem augeri et ex-
tensiuē: atq; intensiue theologi probant.

FIAT VOLUNTAS TUA: SI IN CE. et c.

Tua antedē o[mn]ipotens deus uoluntas cū non
semper adimpleat[ur] quandoq; dem p[ar]ticulares non
cōsiderat atq; cōplectitur circūstātiās. Thoma a
quinata dicente uelleitas potius nuncupatur.

Eādē etiā uolūtātē antedētem hoīes cunctos
saluos fieri uelle Paulus apostolus confitetur

Sed tua consequens uoluntas stabili respondet
cōsilio: eam ob rem semper omni absq; dubita-
tione concluditur.

Hec quoq; sensibiliū rer[um] debitis circūstantiis ex-
quiritis cōstāter p[er]leuerat atq; o[mn]ino perficitur:

Hec est uoluntas que prophetar[um]: apostolorūq;
aliquo modo percipitur testimonio.

Dicit[ur] enim ego deus et nō mutor. et alibi: Non
est deus q[ui]si homo ut mētia[ur]. aut ut filius hominis
ut mutetur: Et in nouo quidē testamento: solus
deus immortalitātē idest imutabilitātē habet. et
alio in loco: Apud quem non est transmutatio:
neq; uicissitudinis obumbratio.

Hec est illa uoluntas q[ue] ante et post electionē ex-
istere imutabiliter arguit[ur]: angeli t[ame]n uolūtas post
electionē cuiq; adheret imobiliter anchoratur
Ideo nec bonos peccare posse: nec malos peit[er]e

perhibetur sed ante et post uertibilis humana uoluntas existit. et ob hoc ipsius peccatum remissibile appellatur. ideoque temptatio non nos apprehendat nisi humana apostoli doctrina clamatur.

Hec etiam illa uoluntas est cui causa assignari non potest quam mandari prorsus executioni conspiciamus atque sentimus.

Voluntati antecedenti dei in omnia correspondet: quam emendato delicto mutari experientia cernimus.

In celo et patria in qua deum sicuti est uidebimus nobis uoluntas diuina clarescit: et patefacta precipitur. et ob hoc nosmetipsos ei inuolito conformabimus materialiter atque formaliter.

In terra et uia quam cernimus per speculum et in enigmate non in particulari sed in uniuersali diuinam uoluntatem possumus intelligere: ideo nos ei debemus reddere conformes in uolito dumtaxat formaliter.

PANEM NOS. COTI. DANO. HODIE:

Panem scilicet nobis materialiter largire: sine quo naturaliter loquendo uiuere non ualemus: quamuis natura contenta sit paucis: minimisque.

Porro pauper iste ad uitae humane conseruationem necessarius est: quo ut uescamur oportet ut moris omnibus insudemus: licet satis sit populo fluuiusque ceresque.

Deinde panem nobis penitentiae tribue. uidelicet artum et aquam breuem ut Esaias inquit. quoniam non itur

ad astra deliciis.

Hinc panem nobis doctrinae prebe: quem cum paruuli teste hieremia petierint idest nescientes postulauerint reperiatur extemplo qui cum minuta timet: atque per frustra frangat eloquiis.

Denique nobis panem eucharistiae impende: quo ad patriam tendamus eternam: et diuinis assistamus obsequiis.

Sancta trinitas unus deus nobis tua pietate concede: ut panem angelorum manducemus: et cibaria mitte nobis in abundantia: sicutque murmurationem tuam aufer in famulis.

DIMITTE NO. DE. NO. SI. ET NOS DIMITTI. debito. nostris qui nos crudeliter persequuntur. Et ex infinito thesauro: fonteque diuinae gratiae iubeas nobis indulgentias annue: quibus serui manumittebantur: debita relaxabantur: et dominis possessiones restituebantur.

Te igitur obsecramus ut debita nobis nostra dimittas peccata remittas: ueniam indulgeas. gratiam conferas gloriam tribuas: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris ita nobis tuam clementiam conicando perficias. Profecto si iniuriam nostris debitoribus dimiserimus paratus es confestim nobis parcere misericorditer. Quod si ob ingratitude nostris debitoribus nequaquam indulerimus: sane furore atque ira turbatus illud

proferes acriter: serue neq̃ nonne omne debitū
dimisi tibi: sicq; nos ne ad pristinam seruitutē re
ducas timemus uehementer.

ET NE NOS INDVCAS IN TEMPTA
tionem: o beata trinitas apprime rogamus q̃ si
nos tēptare decreueris: et de nobis periculū atq;
experientiam facere: cōstantiam nobis impende
fortitudinem tribue: gressusq; nostros in tuis se
mitis perfice: ne tali tunc temptatione uincamur
quod utiq; foret: nos in tēptationem inducere:
ita p̃r noster effitias suppliciter obsecramus.

SED LIBERA NOS A MALO. Te quesu
mus o trinitas gloriosa a tuo furore nos prote
ge: atq; ira defende: sic enim Dauid orabat inqui
ens: domine ne in furore tuo arguas me idest in
ferni laqueis: neq; in ira tua corripas me: id est
purgatoriū retibus: q̃ si me punire decreueris hic
seca: hic ure.

Verūtñ ab utroq; malo nos libera: nos erue ut ad
paradisi recto p̃ficiācamur itinē gaudia fructosa
A malo quippe noxe mortalis quā cōmisimus p
tinaci ter: os libera: nos eripe: qua uirtute li. ar.
surgere non ualemus: et ad pristinam redire pro
culdubio dignitatem.

Quare nobis tuā manū extēde. atq; gratiam elar
gire: ut surgete a peccato possimus et in patria ce

116
lesti tuā uidere deitātē: atq; circūspice maiestatē
Porro sine te euangelio iohānis inquiēte nihil fa
cere possumus. et nemo uenit ad te nisi tu traxe
ris illum. hīc propheta meminīt. Conuerte nos
deus salutaris noster: et auerte iram tuā a nobis.
Et alibi. Emitte lucem tuam et ueritatem tuā: ip̃a
me deduxerunt: et adduxerunt in montem san
ctum tuum: et in tabernacula tua. Item alius pro
pheta refert. Conuerte nos domine et conuerte
mur ad te. et alio in loco: non est in homine uia
eius: nec uiri est ut dirigat gressus suos: quare a
malo nos liberare festina.

Demū a malo pene libera nos diuinarū trinitas
personarum.

Nam si facinoribus irretiti: famem: bellum: aut
pestilentiam pati mereamur: nostra minime pec
cata respicias: sed tuam uelis trutinare clemētiam
tuāq; uirtutē antepondere naturalē. Cui p̃prium
est parcere semp et misereri. quicq; omnipotentia
tuam parcēdo tñ et miserando manifestas. Nec
dauid teste obliuisceris misereri deus: nec cōtine
bis in ira tua misericordias tuas: immo cū iratus
fueris misericordie recordaberis: quod ut facias
te āplissime rogitamus. quod ut cōpleas totis te
nilibus obsecramus: ut sic tua ope suffulti nostra
rum uitam cōsequamur aniuarum.

Sic nanq; ab omni malo liberati tuā gratiā obti-
nebis demūq; gloriā possidebis: ad quam
capescēdam nos creasti: illa te impulit ut nos cre-
ares: illa te coegit ut nos in esse produceres. Ergo
ad illam nos tua clementia infinita perducatur. Et
foeliciter Amen.

Similis explanatio super euangelicam
salutationem.

glosa

AUE MARIA polorum regina super oēs
choros angelorum exaltata.

Aue maria angelorum domina omnium prima
Gabrielis ore uenerata.

Aue maria demoniorum ruina quos eorum po-
tentia mirabiliter spoliasti.

Aue maria peccatorū uenia quorū ut esses aduo-
cata a domino gratiam humiliter obtinuisti.

Aue maria nauigantium stella quos ad portum
tranquillum uocata conducis.

Aue maria peregrinantium semita quos a latro-
num periculis clamata defendis:

Aue maria egrotantium medela quos a uariis la-
goribus curare non desinis.

Non inuenitur ante te angelum cuiq; reuerentiā
exhibuisse.

Tamen legitur in te eundem grandem obseruan-
tiam demonstrasse.

Sane scribitur in pphetarū legis uetustate ob ade-

peccatū āgelū semp huānum genus abhorruisse.

Porro dicitur in tui filiū natiuitate eūdem pasto-

ribus hilarem uultū: atq; alacrem ostendisse.

Profecto angelum qui te adorauit spiritualis cō-

nubii uotum exquirentem refert Gregorius sum-

mum fuisse.

Non tamen omnium summum simpliciter: sed
in suo ordine primum summumq; Thomas ex-

ponit aquinas extitisse.

Michael q; ut deus: et in infima gerarchia: et in
pmo ipius ordie oēs iter alios eiuldē principat.

Gabriel fortitudo dei in ipsius secūdo choro: et
Raphael medicina dei primus quoq; in tercio et

infimo dominatur.

Decuit nimirū ut Gabriel archāgelus qui magna
denuntiat ad tam magnū ingensq; misterium et

non alius mitteretur.

Et ad insinuādā tue dignitatis excellētiam ne te
noīaret orator egregius ei totaliter imponeret.

Sed nos crimibus inuoluti et in tenebris ignorā-

tie poīti tua grā tuaq; luce irradiari cōcupiscimus

Eam ob rem aue maria que illuminatrix interpre-

taris nocte dieq; clamando concinimus.

Deus totaq; trinitas: xp̄us quoq; secūdum diuinam naturam atq; humanam diuine cōiunctam. Insuper et ipsius crux latria adoratur: uerum sanctis aliis. iustisq; dulcia: tibi tñ cōgruum est. ut hi per dulcia magna cum reuerentia tribuatur.

Quare ante te prona fronte cernui genua humiliter inclinamus.

Et eleuatis: plicatisq; manibus tuam clementiam suppliciter imploramus.

GRATIA PLENA celestiq; rore referta atq; castitatis norma: humilitatis regula: bonarūq; uoluntatum rectitudo.

De te quidem Hieronimus ait: Maria bene plēa gratia que ceteris per partes prestatur: Marie autem uirgini totam se fudit gratie plenitudo.

Stephanus nempe plenus gratia dicitur: et plenitudine sufficiētie: Apostoli uero repleti sunt oēs spiritu sancto. et plenitudo abundantie nūcupatur. tu autē tota spiritus sancti plēa grā: et ob hoc fluminis impetus tua dicitur sanctificatiōis gratia. que ciuitatem dei id est celestem letificat curiam: omnemq; beat angelorū cetum: et plenitudo super excellentie nominatur.

Tua o gloriosa uirgo a deo gratia renundat: ut non te solum sed oīum cōspiciētium te corda mentesq; penitus frenasse legamus.

Tua insup imago depicta usq; adeo ueneris ē inimica ut cunctorum ipsam fortiter atq; ardentem intuentium incendium libidinemq; prorsus exstinguere sentiamus.

DOMINVS TECVM ceu filius tua sugit ubera. ut sp̄s tua petit oscula: ceu pater tua firmat brachia.

Tu ppe dñm nos procul a dño pfecto infans xp̄us tuo ī gremio lauauit māmas: tua iter puerulus obdormiuit pectora. et cū aluus in cōcipiēdo itumuit tua: more infantū ut ueram humanitatem ostenderet: xp̄i caro: pariterq; mēbra miro modo proportionata crescebant.

Tuus et enim uēter celo capatior ē q̄a quē celi capere nō poterāt tuo gremio cōtulisti: et quē totus nō capit orbis ī tua se clausit uiscera factus homo. Et licet non de cōdigno: de cōgruo tñ dei mater esse: xp̄umq; portare meruisti.

Quā te deus in natura specifica: et forma essentiali neq; uaq; potuit facere meliorē: ut xp̄i mater electa quādā īfinitatem pculdubio contraxisti.

BENEDICTA TV INTER MVLIERES.

Helizabeth cognata tua spiritu sancto repleta exclamādo humilī uoce protulit gratulanter.

Et ut facta est uox tue salutatiōis in helizabeth. auribus cum ad eā uisitādā pgeres. mox iohānes

baptista sanctificatus in ipsius matris utero ex-
ultauit hilariter.

Cū uetulā prius sterilē salutasti: ei pacis osculum
dedisti: yētres se ad inuicē cōiūxerunt: mox Iohā-
nes se in grauidō mātis utero inclinauit: et infans
iam sanctificatus infantem adorauit alacriter.

Tu in partu uirgo qm̄ inter mulieres benedicta
eue maledictionē nequaquā credimus perſenſiſſe.

Tu post partū uirgo: nam clauſo utero tuo et p-
portā clauſam de q̄ Ezechiel propheta meminit
Chriſtum credimus exiuiſſe.

Tu ante partū uirgo: quia nō ex uirili ſemie: ſed
miſtico ſpiramie te xp̄um aſſerimus concepſiſſe.

Celi empirei hoſtiū p̄ eue maledictionem cūctis
hoib⁹ clauditur. et p̄ tuā benedictionē rursus
atq; iter⁹ aperitur.

Diaboli uerſutia gerētis ſerpētis eſſigiem mulier
ſeducitur: totūq; in orbem maledictio introducitur.

Sed tue ſcificatiōis miſterio maledictio ſoluitur:
benedictio ip̄editur: nra mors prorsus occiditur.

Benedictus fructus uētris tui Ieſus ſaluator ſeculi
oīum ore laudibus efferitur aſſiduus: eſtq; uerbum
dei miſſum celitus.

Qui ſalutē nr̄am procurat
appetitq;: cuius noīe ſi quid a p̄re petierimus: et
cordetenus nobis concedetur: et protinus.

Tu altera Iudith gloria Iheruſalem leticia Iſrahel

119
honorificentia populi tui: a domino confortata
eo q̄ caſtitem ſeruaueris: gētes tuas: populum
q̄ tuum e manibus Holofernīs id eſt magni de-
monis potestate in eternum benedicta uiriliter
liberaſti.

Tu ex yeſſe radice uirga producta florem id eſt
Iheſum nazarenum et floridum ſuper quem ſpi-
ritus requieſcit almus: et in ſignum populorum
ſtātem omnes gentes deprecantur mirabiliter
protuliſti: Vt deniq; fructum tui uentris be-
neditum olim in lege promiſſum ſuper David
ſedem: tronumq; deus poneret: atq; iuſtitiam mi-
niſtraret: humilitatem quam reſpexit ancille ſue
ueraciter obſeruati.

Sancta dei māt maria flos virginū ip̄um p̄ nobis
reīs uelis iugiter orare: demūq; qñ quidem uales
et potes exorare: et preſertim in noſtre mortis
